FLORENTII WIGORNIENSIS

MONACHI

CHRONICON EX CHRONICIS.

JOHN RICHARDSON, Esq. F.S.A.

Member's Copy.

FLORENTII WIGORNIENSIS

MONACHI

CHRONICON EX CHRONICIS,

AB ADVENTU HENGESTI ET HORSI IN BRITANNIAM
USQUE AD ANNUM M.C.XVII.

CUI ACCESSERUNT CONTINUATIONES DUÆ,
QUARUM UNA AD ANNUM M.C.XLI.,
ALTERA, NUNC PRIMUM TYPIS VULGATA,
AD ANNUM M.CC.XCV. PERDUCTA.

AD FIDEM CODICUM MANUSCRIPTORUM EDIDIT,
BREVIQUE ADNOTATIONE PASSIM ILLUSTRAVIT

BENJAMIN THORPE, S.A.S.

TOMUS I.



LONDINI:
SUMPTIBUS SOCIETATIS.
M.DCCC.XLVIII.

LONDON:
PRINTED BY S. & J. BENTLEY, WILSON, AND FLEY,
Bangor House, Shoe Lane.

ENGLISH HISTORICAL SOCIETY.

MEMBERS.

June 1st, 1847.

HER MAJESTY QUEEN VICTORIA.

The Viscount Acheson.
The Lord Ashburton.
The Earl of Bandon, D.C.L.
The Duke of Bedford.
Thomas Wentworth Beaumont, Esq.
The Lord Bexley, F.R.S. F.S.A.
Sir John P. Boileau, Bart. F.R.S.
Beriah Botfield, Esq. M.P.
Captain Arthur Arundel Browne.
Rev. John Browne, D.C.L.
The Earl Brownlow.
The Duke of Buccleuch, K.G.
Rev. James Bulwer, M.A.
The Earl of Burlington.
The Lord Calthorpe.
The Lord Campbell.
The Dean and Chapter of Canterbury.
The Earl of Carlisle.
The Earl of Cawdor.
William Nelson Clarke, Esq. M.A.
Richard Cleasby, Esq.
The Duke of Cleveland, K.G.
The Hon. Charles Thomas Clifford.
The Hon. Robert Curzon.
Francis Henry Dickinson, Esq. M.P.
The Viscount Dungannon.
The Lord Bishop of Durham.

William Edwards, Esq. F.G.S.
The Earl of Ellesmere, and Viscount Brackley.
The Right Hon. Mountstuart Elphinstone.
Joseph Walter King Eyton, Esq.
Robert Few, Esq.
The Earl Fitzwilliam.
Sir Thomas Gage, Bart.
William Gatty, Esq.
Sir Stephen R. Glynne, Bart. M.P.
Henry Godwin, Esq. F.S.A.
The Earl Grey, P.C.
Rev. William Grylls, M.A.
Henry Hallam, Esq. V.P.S.A.
Rev. Edward Craven Hawtrey, D.D. Head Master of Eton.
Sir Thomas Buchan Hepburn, Bart. M.P.
John Buchan Hepburn, Esq.
John Hodgson Hinde, Esq. M.P.
James Maitland Hog, Esq.
Thomas Hog, Esq.
Robert Stayner Holford, Esq.
Alexander James Beresford Hope, Esq. M.P.
Henry Thomas Hope, Esq. M.P.
The Rev. John S. H. Horner.
The Earl of Ilchester.
The Hon. Society of the Inner Temple.
John Mitchell Kemble, Esq. M.A.
Rev. John Kenrick.
Richard John King, Esq.
The Right Hon. Henry Labouchere, M.P.
The Lord Langdale, Master of the Rolls.
The Marquess of Lansdowne, K.G.
Library of the House of Commons.
Library of the House of Lords.
The Hon. Society of Lincoln's Inn.
The Lord Bishop of Llandaff.
James Loch, Esq. M.P.
John Loch, Esq.
The Right Hon. Holt Mackenzie.
John Whitefoord Mackenzie, Esq.
Neill Malcolm, Esq.
John Mee Mathew, Esq.

The Hon. William Leslie Melville.
Rev. J. Mendham, M.A.
Sir William Molesworth, Bart. M.P.
The Lord Monteagle.
The Marquess of Northampton, P.R.S.
The Duke of Northumberland.
The Lord Nugent, G.C.M.G.
Antonio Panizzi, Esq. LL.D. British Museum.
Louis Hayes Petit, Esq. F.R.S.
Alexander Pringle, Esq. M.P.
The Earl of Powis.
John Richardson, Esq. F.S.A.
Andrew Rutherford, Esq. M.P.
The Viscount Sandon, M.P.
The Earl of Shrewsbury.
Sir John Augustus Francis Simpkinson, Q.C.
Sir Robert Smirke, R.A. F.S.A.
John Smith, Esq. LL.D.
The Duke of Somerset, K.G.
John Spottiswoode, of Spottiswoode, Esq.
John Spencer Stanhope, Esq. F.R.S.
Thomas Stapleton, Esq.
The Duke of Sutherland.
Clement Tudway Swanston, Esq. Q.C. F.S.A. F.R.S.
The Lord Teignmouth.
William Tennant, Esq.
Henry Sykes Thornton, Esq.
Sir Robert Throckmorton, Bart.
Edward Tyrrell, Esq. Remembrancer of the City of London.
Patrick Fraser Tytler, Esq. F.S.A.E.
Adam Urquhart, Esq.
The Lord Vernon.
Robert Weddell, Esq. Berwick.
M. Van de Weyer, Minister of the King of the Belgians.
The Rev. Dr. Whewell, Master of Trinity College, Cambridge.
Robert Williams, Jun. Esq.

COUNCIL.

TREASURER.

SECRETARY.

ACTING SECRETARY.

Works already published by the Society.

VENERABILIS BEDÆ *Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum*	1 vol.
VENERABILIS BEDÆ *Opera Historica Minora*	1 vol.
Chronicon RICARDI DIVISIENSIS *de Rebus Gestis Ricardi Primi Regis Angliæ* (never before published)	1 vol.
GILDAS *de Excidio Britanniæ*	1 vol.
NENNII *Historia Britonum*	1 vol.
CODEX DIPLOMATICUS AEVI SAXONICI (never before published)	5 vols.
WILLELMI MALMESBIRIENSIS *Monachi Gesta Regum Anglorum, atque Historia Novella*	2 vols.
ROGERI DE WENDOVER *Chronica, sive Flores Historiarum* (never before published) with an Appendix, constituting the fifth volume	5 vols.
F. NICHOLAI TRIVETI, *de Ordine Frat. Prædicatorum, Annales Sex Regum Angliæ, qui a Comitibus Andegavensibus originem traxerunt*	1 vol.
ADAMI MURIMUTHENSIS *Chronica sui Temporis*, cum *eorundem Continuatione*, a QUODAM ANONYMO	1 vol.
Gesta STEPHANI, *Regis Anglorum*	1 vol.
Chronique de la Traïson et Mort de RICHART DEUX, *Roy d'Angleterre*	1 vol.

The whole impression of the *Small-paper Copies* of *Bede's Ecclesiastical History*, the *Chronicle of Richard of Devises, Gildas, Nennius,* and the *First Volume of the Saxon Charters,* having been sold, those Works are consequently out of print.

LONDON: Printed by S. & J. BENTLEY, WILSON, and FLEY, Bangor House, Shoe Lane.

CHRONICON FLORENTII,

WIGORNIENSIS MONACHI.

ANGLI Saxones, Martiani principis tempore, Beda teste, Britanniam tribus longis navibus advecti sunt, qui de tribus Germaniæ populis fortioribus, id est, Saxonibus, Anglis, et Jutis advenerant. De Jutarum origine sunt Cantuarii et Vectuarii; de Saxonibus Orientales Saxones, Meridiani Saxones, Occidui Saxones; de Anglis vero, hoc est, de illa patria quæ Angulus dicitur, Orientales Angli, Mediterranei Angli, Merci, tota Northanhymbrorum progenies, cæterique Anglorum populi sunt exorti; quorum primi duces fuisse perhibentur duo fratres, Hengst et Hors. Erant autem isti filii Wictgisli, cujus pater Witta, cujus pater Wecta, cujus pater Woden; de cujus stirpe multarum provinciarum regium genus originem duxit.[1]

A.D. 450. First landing of the Germanic tribes under Hengest and Horsa, and their several settlements in Britain.

---

[1] *Originem duxit.*] Beda, H.E. I. 15. The precise date both of the invitation sent by Vortigern to the Germanic tribes, and of their arrival under Hengest and Horsa, seems to have been unknown even to Beda himself. In lib. I. c. 14 of his History he assigns the invitation to the year 447, while in his Chronicon he places it under 452. With respect to their actual coming, he informs us in lib. I. c. 15 of his History, that it took place during the seven years' reign of the emperor Marcian, which, according to him, commenced in 449 (it should be 450), and this accords with the date given in the short chronological recapitulation, forming the

A. D. 455. Battle of Aylesford.

Hengst et Hors cum Wyrtgeorno, Britonum rege, in loco qui dicitur Ægelesthrep, pugnavere: et licet in ea pugna Hors occisus esset, Hengst tamen victoriam habuit, et post hæc cum filio suo Æsc regnare cœpit.[1]

A. D. 457. Battle of Crayford.

Hengst et Æsc, in loco qui dicitur Creccanford, cum Britonibus prœlium commisere, et ex eis quatuor millia virorum in ore gladii peremere, reliqui Cantiam penitus dimisere, et cum magno metu ad Lundoniam fugere.[1]

A. D. 465. Battle of Wippedsfleot, or Ebbsfleet?

Hengst et Æsc cum Britonibus prope Wippedesfleote, id est, Wippedi tranatorium pugnaverunt, et XII. duces exercitus cum multis aliis occiderunt, cum unus tantum miles, cui nomen Wipped erat, ex suis in acie corruit.[2]

A. D. 473. A fourth battle between the Saxons and Britons.

Hengst et Æsc quarta vice cum Britonibus pugnavere, et, potita victoria, innumerabilia spolia tulere; in qua pugna Britones Anglos sicut ignem fugerunt.[1]

A. D. 477. The landing of Ælle and his sons in Sussex.

Ælle et ejus tres filii, Cymen, Wlencing, et Cissa, cum tribus navibus in Britanniam venere, et loco qui vocatur Cymenes-ora[3] suas naves ap-

---

24th chapter of his 5th book, and with the Saxon Chronicle which copies from him. In his 'Chronicon' Beda places the landing under the year 459! In his History, lib. I. c. 23, he describes the mission of Augustine in 596, as having taken place "adventus Anglorum in Brittaniam anno *circiter* centesimo quinquagesimo;" again, lib. II. c. 14, he says, "annus Dominicæ incarnationis sexcentesimus vicesimus septimus, ab adventu vero Anglorum in Brittaniam *circiter* centesimus octogesimus;" and again, lib. V. c. 23, "Hic est impræsentiarum universæ status Brittaniæ, anno adventus Anglorum in Brittaniam *circiter* ducentesimo octogesimo quinto, Dominicæ autem incarnationis anno septingentesimo tricesimo primo." That is, according to these last three accounts, *about* the year 446 or 447. See also Stevenson's note to Beda, H. E. p. 34, and Lappenberg's 'England under the Anglo-Saxon Kings,' vol. I. pp. 75, 76.

[1] Sax. Chron.

[2] Sax. Chron. See Lappenberg, I. p. 74.

[3] *Kimenes-ora.*] Keynor in Selsea, near West Wittering. The forest of Andred occupied the present Weald of Kent and Sussex. In the Saxon Chronicle (a. 893) we are informed that the great

pulere, ibique Britones multos occidere, et cæteros in silvam, quæ Andredes-leage nominatur, fugavere.[1]

Ælle cum Britonibus prope Mearcredes-burnan, hoc est, rivum Mearcreadi, pugnans, multos ex eis occidit, et cæteros fugavit.[2] A. D. 485. Battle of Mearcredes-burne.

Hengst, postquam regnum Cantwariorum XXXIV. annis strenuissime rexisset, vitæ finem fecit; cui filius suus Æsc in regnum successit, et XXIV. annis regnavit.[1] A. D. 488. Death of Hengest.

[S. Patricius, Hiberniæ archiepiscopus, annorum centum viginti duorum beatissimo fine obiit.[3]] A. D. 491. Death of St. Patrick. Ælle et Cissa, filius suus, Andredes-ceaster, post longam obsessionem, fregerunt, et ejus habitatores, a parvo usque ad minimum, peremerunt.[4] Siege and destruction of Andredes-ceaster.

Hoc in anno duces duo, Cerdic scilicet et suus filius Cynric, quinque navibus in Britanniam A. D. 495. Landing of Cerdic and Cynric.

---

wood called Andred is in length, from east to west, one hundred and twenty miles or longer, and thirty miles broad. For the locality of Cymenes-ora see also a charter (a. 673) in Monast. Angl. t. VI. p. 1163.

[1] Sax. Chron.

[2] *Mearcredes-burnan.*] The result of this battle is not mentioned in the Saxon Chronicle, and its locality is unknown.

[3] The following notices of St. Patrick, from Marianus, given in the earlier portion of the MSS., appear of sufficient interest for insertion in this place.

A.D. CCC.LXXII. Sanctus Patricius nascitur in Britannia, ex patre Calprun nomine, qui presbyter fuit, filius diaconi nomine Fodit: mater autem erat Patricii Conches, soror S. Martini de Gallia. Patricius in baptismo dictus est Sucat, a S. Germano Magonius, a Celestino papa Patricius, id est, pater civium.

A. D. CCC.LXXXVIII. S. Patricius cum duabus sororibus suis, id est, Lupuit et Tigris, venditur in Hiberniam; et ipse quidem S. Patricius venditur ad regem nomine Miluc, filium nepotis Buani, in aquilone Hiberniæ, cujus porcorum pastor erat Patricius; et Victor angelus sæpe loquebatur cum eo. Duæ vero sorores ejus venditæ sunt in Canaellæ Muirtemnæ.

A.D. CCCC.XXXI. Ad Scotos in Christum credentes, ordinatus a papa Celestino, Palladius primus episcopus missus est: post ipsum S. Patricius.

A. D. CCCC.XXXII. Patricius sanctus, genere Brittus, a S. Celestino papa consecratur, et ad archiepiscopatum Hiberniæ missus, ibi per annos LX. signis atque mirabilibus prædicans, totam insulam Hiberniam convertit ad fidem.

[4] *Peremerunt.*] Sax. Chron. Henry of Huntingdon (lib. II.)

sunt advecti, et in loco qui Cerdices-ora[1] nominatur appellantes, eodem die cum Britonibus dimicaverunt,[2] illosque victos fugere compulerunt.

A. D. 501. Landing of Port and his sons.

Port et duo filii sui, Byda et Meagla, cum duabus navibus in Britanniam venere, in loco qui dicitur Portes-mutha, et juvenem quendam Britonum nobilissimum cum multis aliis occiderunt.[2]

A. D. 508. Death of Natanleod.

Cerdic et suus filius Cynric regem Britonum Natanleod et quinque millia virorum in ore gladii peremerunt; a cujus nomine illa regio usque ad Cerdices-ford[3] Natanleod traxit vocabulum.[2]

A. D. 514. Arrival of Stuf and Wihtgar.

Occidentales Saxones in Britanniam cum tribus navibus venientes, in loco qui Cerdices-ora vocatur appulerunt, quorum primates Stuf et Wihtgar, Cerdici nepotes, extiterunt. Ii mox pugnam cum Britonibus ineuntes, quosdam ex eis occiderunt, quosdam vero fugaverunt.[2]

A. D. 519. Cerdic and Cynric begin to reign, Battle of Charford.

Cerdic et Cynric regnare cœperunt, et eodem anno cum Britonibus, in loco qui nominatur Cerdices-ford, pugnaverunt et victores extiterunt.[2]

A. D. 521. [Sancta Brigida, Scotta virgo, in Hibernia obiit.]

A. D. 527. Battle of Cerdices-leag.

Cerdic et Cynric quarta vice, in loco qui

---

gives a florid and somewhat poetical account of the siege and destruction of Anderida, which has been copied by Roger of Wendover (vol. I. p. 48) and later chroniclers. With respect to its probable site, reference may be had to an able and interesting paper by Mr. Hussey, in the 15th number of the Archæological Journal, who, after discussing the pretensions of the several places claiming to occupy the site of the ruined city, concludes in favour of Pevensey, as the only spot possessing the conditions requisite for the establishment of its claim. See also the Histories of Dallaway, Cartwright, and Baxter, who, as well as Stukely, have discussed the subject of Anderida.

[1] *Cerdices-ora.*] The locality of Cerdices-ora is no longer known.

[2] Sax. Chron.

[3] *Cerdices-ford.*] Charford, in Hampshire.

dicitur Cerdices-leage,[1] pugnaverunt cum Britonibus.[2]

Cerdic et Cynric Vecta insulam ceperunt, et illam suis nepotibus Stufæ et Wihtgaro dederunt, paucosque homines in Wihtgara-birig[3] peremerunt.[2] A. D. 530. Cerdic and Cynric take the Isle of Wight.

Primus rex Occidentalium Saxonum Cerdic hac vita decessit, et filius suus Cynric solus post illum XXVI. annis regnavit.[2] A. D. 534. Death of Cerdic.

Eclipsis solis facta est XIV. kal. Martii, ab hora prima usque ad tertiam.[4] A. D. 538. Eclipse of the sun.

Eclipsis solis facta est XII. kal. Julii,[5] et apparuerunt stellæ hora pene dimidia ab hora diei tertia.[6] A. D. 540. Another eclipse.

Wihtgar, nepos Cerdici regis Occidentalium Saxonum, mortem obiit, et in Wihtgara-birig, id est, in civitate Wihtgari, tumulatus fuit.[2] A. D. 544. Death of Wihtgar.

In provincia Berniciorum Ida regnum suscepit, et XII. annis regnavit.[2] Hic ex reginis sex filios, Addam, Bælricum, Theodricum, Æthelricum, Theodherum, Osmærum, et sex habuit ex pellicibus, Occ, Alricum, Eccam, Oswold, Sogor, Sogetherum; ex quibus regalis Northanhymbrorum prosapia fuit propagata. Ida fuit filius Eoppæ, qui fuit Esæ, qui fuit Ingui, qui fuit Angenwit, qui fuit Aloc, qui fuit Benoc, qui fuit Brand, qui fuit Bealdeag, qui fuit Woden, qui fuit Frithelaf, qui fuit Frithulf,[7] qui fuit Finn, qui fuit Godulf, qui fuit Geatæ.[2] A. D. 547. Ida begins to reign in Bernicia.

Kynric, rex Occidentalium Saxonum, in loco qui Searesbyrig nominatur, cum Britonibus dimi- A. D. 552. Battle of Old Sarum.

---

[1] *Cerdices-leage.*] Its locality is unknown.

[2] Sax. Chron.

[3] *Wihtgara-birig.*] Now corrupted into Carisbrook.

[4] Sax. Chron. February 16.

[5] Sax. Chron. June 20.

[6] *Hora tertia.*] A. D. 543. David, qui et Dewi, Menevensem præsulatum in Walliam suscepit. *Add. alia manu.*

[7] *Qui fuit Frithulf.*] Wanting in *L.*

cavit, eosque fugavit; cujus pater Cerdic, qui fuit Elesæ, qui fuit Eslæ, qui fuit Gewis, qui fuit Wig, qui fuit Freawine, qui fuit Freothegar, qui fuit Brand, qui fuit Bealdeag, qui fuit Woden.[1]

A. D. 556. Britons routed at Banbury.

Kynric et Ceaulin apud Beranbyrig Britonibus bellum intulerunt, et illos fugaverunt.[1]

A. D. 559. Ælle begins to reign in Deira. Conversion of the English begun.

Ælle in provincia Deirorum regnum suscepit,[2] et ferme XXX. annis illud strenuissime rexit: ad cujus nomen beatus Gregorius, cum Angligenos pueros in foro Romano venales invenerit positos, alludens, ait: "Alleluia, laudem Dei Creatoris illis in partibus oportet cantari."[3] Interim super Bernicios regnaverunt, Adda primogenitus Idæ septem annis, Clappa quinque, Theodwlf uno, Freothulf VII., Theodric VII., Æthelric duobus, vivente Ælle; quo mortuo, et filio ejus Edwino regno expulso, super ambas provincias V. annis regnavit. Ælle fuit filius Yffæ,[4] cujus pater Wuscfrea, cujus pater Wilgels, cujus pater Westorwalcna, cujus pater Seomel, cujus pater Swearta, cujus pater Seafugel, cujus pater Seabald, cujus pater Siggeot, cujus pater Swebdeag, cujus pater Siggar, cujus pater Weagdeag, cujus pater Woden.

A. D. 560. Ceawlin begins to reign.

Ceaulin filius Cynric regimen regni Occidentalium Saxonum suscipiens, XXXIII. annis regnavit.[5]

A. D. 561. Æthelberht begins to reign in Kent.

Æthelbryht rex Cantwariorum regnare cœpit, et LVI. annis, teste Beda, regnavit.[6]

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Suscepit.*] A. 560 according to the Sax. Chron.

[3] H. E. II. 1.

[4] *Yffæ.*] P. Iffi.

[5] H. E. II. 5. Sax. Chron.

[6] *Æthelbryht . . . . . regnavit.*] The Saxon Chronicle erroneously places the accession of Æthelberht in 565, assigning to him a reign of 53 years only, while the best MSS. of Beda place his death in 616 (some in 617) after a reign of 56 years, thus corrobo-

Columba, presbyter et abbas, de Scottia in Britanniam venit, et, regnante Pictis Bridio, rege potentissimo, septentrionales Pictos ad fidem Christi convertit: unde insulam Hii ab eis in possessionem monasterii construendi accepit.[1] A. D. 565. Arrival of St. Columba. Conversion of the northern Picts.

Æthelbryht rex Cantuariorum, dum regi Occidentalium Saxonum Ceaulino et Cuthæ ejus filio[2] bellum intulerit, ab eis in Cantiam est fugatus, duobus ejus ducibus, Oslavo et Cnebbano, in Wibbandune trucidatis.[3] A. D. 568. Battle of Wimbledon.

Regis Ceaulini frater Cuthulf, in loco qui dicitur Bedanforda, cum Britonibus dimicavit, et victor existens, quatuor regias villas eis abstulit, scilicet, Liganburh, Egelesburh, Bensingtun, et Egnesham;[4] et eodem anno vita decessit.[3] A. D. 571. Battle of Bedford.

Rex Occidentalium Saxonum Ceaulin et filius suus Cuthwine, in loco qui vocatur Deorham,[5] cum Britonibus pugnavere, et eorum tres reges, Coinmeail, Condidan, et Farinmæil, cum multis aliis, trucidavere; illisque tres civitates, videlicet, Glauwceaster, Cirenceaster, Bathanceaster, abstulere. A. D. 577. Battle of Derham.

In loco qui vocatur Fethanleah, Ceaulin, rex Occidentalium Saxonum, et filius ejus Cutha, cum Britonibus certavere; in quo certamine inter confertissimos Cutha fortiter dimicans, ruit. Rex tamen Ceaulin victoriam habuit, eisque multa spolia detraxit, et villas quamplures abstraxit.[6] A. D. 584. Battle of Fretherne.

---

rating the accuracy of Florence's chronology. See H. E. II. 5, and Stevenson's note.

[1] *Accepit.*] H. E. III. 4, and Stevenson's note. Sax. Chron.

[2] *Filio.*] *P. L.* fratri.

[3] Sax. Chron.

[4] *Liganburh . . . . Egnesham.*] Leighton? Aylesbury, Bensington, Eynsham.

[5] *Deorham.*] Derham in Gloucestershire?

[6] *Rex tamen . . . . . abstraxit.*] The Saxon Chronicle and Florence are of course in accordance respecting the result of this battle,

A. D. 588. Death of Ælle king of Deira.

Ælle rex Deirorum xxx°. anno regni sui decessit, et Æthelric Idæ filius post illum super ambas provincias quinque annis regnavit.

A. D. 589. Of St. Columban.

[Sanctus pater Columbanus ex Hibernia, Insula Sanctorum, cum Sancto Gallo aliisque probatis discipulis, venit in Burgundiam, ibique, permittente Theodorico rege, monasterium, quod Luxovium dicitur, ædificavit; exinde a Brunihilda fugatus, Alamanniam ingreditur, ubi sanctum Gallum reliquit; ipse vero in Italiam transiens, monasterium quod Bovium dicitur ædificavit, ubi pater multorum monachorum extitit.[1]]

---

the former, however, adding, "and wrathful he (Ceawlin) thence returned to his own." Ethelwerd also ascribes the victory to the West Saxons; while Henry of Huntingdon (whose more circumstantial narrative very probably contains the real state of the case) says, (lib. II.) "Pugnatum est autem perniciose et horribiliter utrinque: Cuthwine gravi multitudine oppressus, prostratus et occisus est. Victi sunt igitur Angli et fugæ dati: rex tamen Ceaulin, rursus reparato exercitu, cum fugam sui abjurassent, tandem prœlio victores vicit; persequensque Brittannos, regiones multas et innumerabilia spolia cepit." Whether it was Cuthwine or Cutha or both that fell is uncertain: according to the Chronicle it was Cutha (who in one MS. is called the brother of Ceawlin); Ethelwerd says merely "Cutha ruit," without any mention of the relationship. Huntingdon has "Ceaulin et Cuthwine *filius* ejus;" Roger of Wendover, "Ceaulinus et *frater* ejus Cuthwinus .... Cuthwinus graviter oppressus et peremptus est;" while Malmesbury (p. 27), differing from all the others, says "Cuda fratre immatura morte intercepto, ejusdemque nominis filio ante se in pugna extincto," etc. According to the West Saxon royal genealogy at the end of Florence, Ceawlin had both a brother and a son named Cutha, also a son named Cuthwine, father of another Cutha: hence probably has arisen the confusion among them. See also Sax. Chron. a. 854. The place of battle was Fretherne in Gloucestershire.

[1] *Sanctus pater Columbanus ... extitit.*] St. Columban, the disciple of St. Columba in his monastery of Iona, arrived from Ireland in Britain in 566 (Roger of Wendover, p. 83), whence with twelve companions, among whom was St. Gall, he passed over to Gaul, and established himself at Luxeuil (Luxovium) in the ci-devant province of Franche Comté, where the freedom of his language to Theuderic II. king of Burgundy, and the notorious queen Brunhild, together with the prejudice existing

Ceol filius Cuthwlfi, fratris regis Ceaulini, regnare cœpit, et v. annis Occidentalium Saxonum rector extitit.[1] A. D. 591. Ceol begins to reign in Wessex.

Pugnatum est in loco qui dicitur Wodnesbeorh, id est, Mons Wodeni, et strage non modica facta, rex Ceaulin, anno imperii sui XXXIII., expulsus est regno.[2] A. D. 592. Battle of Wodnesbeorh.

Ceaulin, Cwichelm, et Crida perierunt.[1] Æthelric, rex Northanhymbrorum, obiit. Æthelfrith A. D. 593. Death of Ceawlin, Cwichelm and Crida.

---

against the Irish rites and doctrine, did not allow him to remain. Expelled from Luxeuil, he betook himself to the court of Clothair II. king of Neustria, with whom he found an hospitable reception, and thence proceeded into Switzerland, where St. Gall founded the celebrated abbey which bears his name. Columban finally passed into Lombardy, and there ended his days in the monastery of Bobbio (Bovium), which he had founded, which, as well as that at Luxeuil, was the parent of many similar foundations both in France and Germany. Columban's death took place about the year 623. Capgrave, Nov. Leg. Acta SS. Bened. II. 12. 21. Roger of Wendover and Matt. Westmon. place his death in 593.

[1] Sax. Chron.

[2] *Ceawlin . . . regno.*] Though the adversaries with whom Ceawlin had to contend are not named, it seems evident that Ceol or Ceolric, the son of his brother Cutha, instigated and aided by Æthelberht of Kent, raised a rebellion against him, usurped his throne, and, conjointly with the Britons, defeated him at Wodnesbeorh, and drove him into exile. Of his brother we have no particulars; the Saxon Chronicle (which Florence literally translates) merely saying, "This year (593) Ceawlin, and Cwichelm, and Crida *perished.*" How they perished does not appear. Cwichelm was a brother of Ceawlin, and Crida, or Creoda, the grandfather of the Mercian king Penda. Malmesbury's words (edit. E. H. S. p. 28) seem to imply that the death of Ceawlin was natural, viz. "Postremo ipse, diebus ultimis regno extorris, miserandum sui spectaculum hostibus exhibuit . . . . . . conspirantibus tam Anglis quam Britonibus, apud Wodnesdic cæso exercitu, anno tricesimo primo regno nudatus in exilium concessit, et continuo *decessit.*" Ceawlin was the second Bretwalda, having attained to that dignity on the death of Ælle, King of the South Saxons: he was succeeded in it by his rival Æthelberht. The locality of the battle is unknown: Wodenburgh or Wenborough, on the borders of Wiltshire and Berkshire, has been suggested as the spot, also Wandsdike in Wiltshire. It may be well to notice that the events placed by Florence under the years 591 and 592, are in Mr. Petrie's text of the Chronicle assigned to 590 and 591, though three manuscripts of the latter agree with Florence and with probability.

Æthelric of Northumbria dies; Æthelfrith succeeds.

vero, filius ejus, gubernacula regni suscepit, et XXIV. annis tenuit; cui sunt geniti VII. filii, Eanfrith, Oswald, Oslaf, Oswiu, Offa, Oswudu, Oslac, et una filia Æbbe nomine.

A. D. 596.
Mission of Augustine.

Gregorius papa, divino admonitus instinctu, anno adventus Anglorum in Britanniam centesimo quadragesimo septimo, misit servum Dei Augustinum, et alios plures cum eo monachos Deum timentes, prædicare verbum Dei genti Anglorum, indictione XIV.[1]

A. D. 597.
Conversion of Æthelberht.

Præfati doctores hoc anno, Beda teste, Britanniam venere, et regem Cantwariorum Æthelbryhtum, imperii sui anno XXXV°. ad fidem Christi convertere.[2] Nec distulit rex, quin doctori suo Augustino sedem episcopalem in Doruverni metropoli sui donaret:[3] qui regio fultus adminiculo, ecclesiam inibi, antiquo Romanorum fidelium opere factam, recuperavit, et in nomine Sancti Salvatoris sacravit.[3]

Accession of Ceolwulf in Wessex.

Ceolwlf filius Cuthæ, fratris regis Ceaulini, sceptra regni Occidentalium Saxonum suscipiens, XIV. annis tenuit, et vel Anglis aut Britonibus, vel Pictis aut Scottis, bellum semper intulit: qui fuit Cuthæ, qui fuit Cynric, qui fuit Cerdic.[4]

A. D. 600.
Death of St. Ive.

Doctor apostolicus et vere cœli[5] nuntius Yvo, præsul inclytus, migravit ad Dominum; qui in Perside, ut orientale sidus, ortus, finibus occiduis Britanniæ a Domino est destinatus.[6]

A. D. 601.
Bishops of London and York declared metropolitans.

[Gregorius XIX°. anno Mauritii, indictione IV. scribens Augustino, eodem modo Lundoniæ quoque et Eboraci episcopis, accepto a sede apostolica pallio, metropolitanos esse debere decernit.][7]

A. D. 603.

Rex fortissimus et gloriæ cupidissimus Æthel-

---

[1] H. E. I. 23.
[2] Ib. I. 25.
[3] Ib. I. 26.
[4] Sax. Chron. a 597.
[5] *Vere cœli.*] Veri solis. *C. L.*
[6] Vita S. Ivonis.
[7] H. E. I. 29.

frith plus omnibus Anglorum primatibus gentem Britonum vastavit, pluresque terras eorum, exterminatis vel subjugatis indigenis, aut tributarias genti Anglorum, aut habitabiles fecit. Unde motus profectibus ejus, Aedan rex Scottorum cum immenso exercitu contra illum venit, sed cum paucis victus aufugit. Quod bellum in loco qui dicitur Degsastan, anno regni sui XI°., Phocatis vero imperatoris primo, Æthelfrith perfecit.[1] Is etiam, longo post tempore collecto exercitu, ad civitatem Legionum, quæ a Britonibus Carlegion[2] appellatur, divino agente judicio, ut beatus prædixerat Augustinus archiepiscopus, ex Britonum sacerdotibus, qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente convenerant, mille ducentos prius exstinxit, et sic cæteras nefandæ militiæ copias delevit.[3]

Battle of Degsastan.

A.D. 613. Slaughter of the monks of Bangor.

Augustinus Mellitum et Justum ordinavit episcopos; Mellitum ad prædicandum provinciæ Orientalium Saxonum; qui ut verbum veritatis

A.D. 604. Ordination of Mellitus, Justus, and Laurentius.

---

[1] *Quod bellum . . . . . perfecit.*] H. E. I. 34. Sax. Chron. Dalston, near Carlisle, according to Gibson, whose supposition is favoured by the various reading 'Deglastan.' Dawstane in Liddesdale has also been conjectured as the spot. Tigernach makes no mention of this battle, unless he alludes to it a. 600, "Prœlium Saxonum contra Ædanum, ubi cecidit Eanfrac (Eanfrith), frater Etalfraich, occisus a Macluma, filio Baodani, in quo victor erat." Annal. Ulton. a. 599. "Bellum Saxonum, in quo victus est Æda." Lappenberg's England, I. p. 145, note.

[2] *Carlegion.*] Chester. Tigernach, Ann. a. 613.

[3] *Delevit.*] The prediction, as Beda relates (H. E. II. 2), was uttered by Augustine at the second conference with the British bishops and the clergy of Bangor, on their refusal to submit to his dictates, or acknowledge him for their archbishop: "Quibus vir Domini Augustinus fertur minitans prædixisse, quia si pacem cum fratribus accipere nollent, bellum ab hostibus forent accepturi; et si nationi Anglorum noluissent viam vitæ prædicare, per horum manus ultionem essent mortis passuri. Quod ita per omnia, ut prædixerat, divino agente judicio, patratum est." The Bangor here spoken of (Banchor Iscoed) was in Cheshire, or, according to some authors, in Flintshire, and is not to be confounded with the episcopal city of that name. See also Sax. Chron.

cum rege suo Sæberhto, regis Æthelberhti nepote, prædicante Mellito, accepere, in Lundonia, sua metropoli, rex ipse Æthelberht fecit ecclesiam Sancti Pauli Apostoli. Justum vero in civitate Dorubrevi, quam gens Anglorum Hroveceaster cognominat, Augustinus episcopum ordinavit. Laurentium quoque presbyterum ordinans archiepiscopum pro se, parvo post tempore ad regnum migravit cœleste VII. kal. Junii, feriai II.[1] [26 Maii.]

A. D. 605. Death of pope Gregory.

Anglorum apostolus, Romanorum decus, beatus papa Gregorius, postquam sedem Romanæ et apostolicæ ecclesiæ XIII. annos, menses VI., et dies X. gloriosissime rexisset, IV. idus Martii, feria sexta, [12 Mar.], ad æternam regni cœlestis sedem translatus est.[2]

A. D. 607. Ceolwulf makes war on the South Saxons.

Ceolwlf rex Occidentalium Saxonum Australibus bellum intulit Saxonibus.[3]

A. D. 611. Death of Ceolwulf, and succession of Cynegils.

Ceolwlf rex obiit, cui fratris sui Ceoli filius Cynegils successit, et XXXII. annis regnavit; qui fuit Ceol, qui fuit Cutha, qui fuit Kenrici,[4] qui fuit Cerdici.[5]

A. D. 614. Battle of Beandun.

Kynegils etfi lius suus Cuichelm in Beandune contra Britones aciem direxere, et pugnantes duo millia quadraginta sex ex eis interemere.[6]

A. D. 616. Death of Æthelberht, and succession of Eadbald.

Rex Cantuariorum Æthelberhtus, filius Irmenrici, cujus pater Octa, cujus pater Oric cognomento Oisc, cujus pater Hengst, quinquagesimo

---

[1] H. E. II. 3, 4.

[2] *Anglorum apostolus . . translatus est.*] See a sketch of his life in H. E. II 1.

[3] *Saxonibus.*] Sax. Chron. Sanctus David, qui et Dewi, Menevensis episcopus in Wallia, migravit ad Dominum. *Add. manu recent.*

[4] *Qui fuit Kenrici.*] wanting in *C. L.*

[5] Sax. Chron.

[6] *Interemere.*] Sax. Chron. The MSS. of the Chronicle, differing among themselves and from Florence, state the number slain at 2045, 2046, and 2065. Beandun is by some supposed to be Bampton in Devonshire; others place it in Dorsetshire.

sexto imperii sui, vicesimo primo anno acceptæ fidei, die vicesimo quarto mensis Februarii, conscendit regni cœlestis gaudia; cui Eadbaldus filius suus successit; verum fidem Christi non solum recipere noluit, sed et patris uxorem sibi in matrimonium sociavit.[1] Rex Orientalium Anglorum Redwald Æthelfrithum, Deirorum Berniciorumque regem, occidit in bello juxta amnem qui vocatur Idle,[2] cui Edwine, juxta oraculum quod acceperat, successit, et septem filios Æthelfrithi expulit. Sæberht rex Orientalium Saxonum regna petens perennia, tres filios suos, qui pagani perduraverant, regni temporalis hæredes reliquit; qui mox idololatriæ palam servire cœpere, et Mellitum episcopum Lundoniæ de suo regno expulere. Ipse vero Cantiam venit, et, habito consilio cum Laurentio archiepiscopo, ad partes Galliæ cum Justo Hrofensi episcopo secessit. Sed non multo tempore reges, qui a se veritatis præconem expulere, dæmonicis cultibus impune serviere; nam egressi contra gentem Gewissorum in prœlium, omnes pariter cum sua militia corruere. Cum vero et Laurentius Mellitum Justumque esset sequuturus, ipsa nocte apparuit ei princeps Apostolorum Petrus, illumque flagellis affecit artioribus. Mane autem facto, ad regem Eadbaldum venit, et quantis verberibus esset laceratus ostendit. Quod ut vidit, multum extimuit, omnem idolatriæ cultum anathematizavit, connubium non legitimum abdicavit, fidem Christi

Battle of the Idle; accession of Eadwine.

Death of Sæberht king of Essex; succession of his sons; expulsion and recall of Mellitus and Justus,

---

[1] H. E. II. 5. Sax. Chron.

[2] *Idle.*] Beda (H. E. II. 12) places this battle in 626; the Sax. Chron., Wendover, and the Flores Historiarum, in 617. It was fought on the bank of the Idle, near Retford, in Nottinghamshire. Huntingdon and others mention a saying to which it gave rise: "Amnis Idle Anglorum sanguine sorduit." For the 'oraculum' here alluded to, see the romantic legend of Eadwine in Beda (H. E. II. 12).

suscepit, in Galliam misit, Mellitum et Justum revocavit.[1]

A. D. 621. Death of Laurentius archbishop of Canterbury; succession of Mellitus and Cedd.

Beatus Laurentius archiepiscopus, regnante Eadbaldo rege, IV. die nonarum Februariarum [2 Feb.] transivit ad Dominum; post quem Mellitus, qui erat episcopus Lundoniæ tertius ab Augustino, sedem suscepit Dorovernensis ecclesiæ. Mellito successit Cedd, frater Ceaddæ, ad Lundoniæ præsulatum.[2]

A. D. 625. Death of archbishop Mellitus, succession of Justus.

Mellitus archiepiscopus, postquam ecclesiam rexit annis V., octavo kalendarum Maiarum die [24 April.], ad cœlos migravit, Eadbaldo regnante; cui successit Justus, Hrofensis ecclesiæ episcopus, et pro se Romanum consecravit antistitem.[3]

A. D. 626. Paulinus bishop over the Northumbrians.

Vir Deo dilectus Paulinus, a beato Gregorio cum cæteris prædicandi gratia in Angliam missus, tertius processu temporis Hrofensis episcopus, a Justo archiepiscopo Northumbranæ genti pontifex ordinatus, ad Edwinum ejusdem gentis regem cum illius sponsa, regis Æthelberhti filia, ab Eadbaldo rege, virginis ejusdem fratre, missus est.[4]

A. D. 627. Attempted assassination of Eadwine.

Quidam sicarius, Eomer vocabulo, missus est a rege West-Saxonum Cuichelmo, qui ad regem Edwinum primo die Paschæ venit, et evaginata sub veste sica impetum in illum fecit. Verum Lilla, minister regi amicissimus, mox ante ictum pun-

[1] H. E. II. 5, 6. Sax. Chron.

[2] *Mellito . . . . . præsulatum.*] The date here is evidently incorrect, it should be 619, as given in Beda (II. 7) and the Saxon Chronicle. Even according to Florence himself, it appears that Mellitus, after having ruled the Church five years, died in 625. In consequence of the relapse into idolatry of the sons of Sæberht and their people, the see of London appears to have been vacant from the translation of Mellitus to Canterbury, until 653, when Cedd was consecrated bishop of the East Saxons. (H. E. III. 22).

[3] *Antistitem.*] H. E. II. 8, where the death of Mellitus and succession of Justus are consistently assigned to 624.

[4] *Missus est.*] Beda (II. 9) and the Saxon Chronicle assign the mission of Paulinus to the year 625.

gentis, suum interposuit corpus; sed tanta vi ferrum infixit hostis, ut etiam regem vulneraret per corpus occisi militis. Eadem autem nocte Paschæ Dominici, peperit regina filiam regi, quæ die Pentecostes de Northanhymbrorum gente prima a Paulino episcopo baptizata, Eanfled est vocata.[1] Quinquagesimo ætatis suæ anno, Penda regnum Merciorum suscepit et xxx. annis tenuit; qui fuit Wibbæ,[2] qui fuit Cridæ, qui fuit Cynewald, qui fuit Cnebbæ, qui fuit Iceli, qui fuit Eomeri, qui fuit Angengeat, qui fuit Offæ, qui fuit Wermundi, qui fuit Wightleag, qui fuit Wagæ, qui fuit Wothelgeat, qui fuit Woden.[3]

Accession of Penda.

[Anno Heraclii imperatoris sexto decimo, indictione quinta decima, Edwinus, præcellentissimus rex Anglorum in Britannia, Transhumbranæ gentis ad aquilonem, prædicante Paulino episcopo, quem misit de Cantia archiepiscopus Justus, verbum salutis cum sua gente suscepit. Anno autem undecimo regni sui, adventus vero Anglorum in Britanniam plus minus cc.xxx.[4] hoc gessit. Ipse autem dedit Paulino sedem episcopatus Eboraci.[5] Cui regi in auspicium venturæ fidei regnique cœlestis terrena potestas crevit; totam enim Britanniam, præter Cantuarios tantum, primus omnium Anglorum sibi subjecit.[6] Eo tempore errorem Quartadecimanorum[7] in observatione Paschæ apud Scotos exortum Honorius papa per epistolam redarguit; sed et Johannes, qui successori ejus Severino successit,

A.D. 628. Conversion of Eadwine.

Paulinus bishop York.

Disputes respecting Easter.

---

[1] H. E. II. 9, a. 626.

[2] *Wibbæ.*] Pibbæ, *L. P.*

[3] *Woden.*] According to the Saxon Chronicle, Penda had been King of Mercia from 626; but Beda (II. 20) speaks of him as of royal race only at the time of the battle of Hatfield in 633; and adds, that he reigned twenty-two years. Therefore, as the accounts concur in placing his death in 655, it seems that he was not actually king until his victory over Eadwine.

[4] cc.xxx.] A clerical error for c.lxxx. H. E. II. 14.

[5] H.E. II. 14, a. 627. [6] Ib. II. 9.

[7] *Quartadecimanorum.*] Ib. III. 4, 17. See Lingard, A. S. Church, I. p. 51.

idem arguebat. Cum adhuc non esset electus in pontificatum pro eodem Pascha eis scripsit, et pro Pelagiana hæresi, quæ apud eos reviviscebat].[1]

Battle of Cirencester.

West-Saxonum reges, Cynegils et Cuichelm suus filius, cum rege Merciorum Penda, juxta Cirenceastre pugnavere, et post pace facta confirmataque discessere.[2]

A. D. 632. Conversion of Eorpwald king of East Anglia.

Eorpwald, filius Redwaldi regis, cujus pater Tytel, cujus pater Wffa, persuadente rege Edwino, superstitione idolorum relicta, fidem Christique sacramenta cum sua suscepit provincia, verum non multo tempore post occisus est a viro gentili Ricberto nomine.[3]

A. D. 633. Battle of Hatfield, and death of Eadwine.

Gloriosus rex Edwine cum XVII. annis Anglorum simul et Britonum genti præesset gloriosissime, anno ætatis suæ XLVIII°. a pagano rege Merciorum Penda, viro strenuissimo, et Ceadwala rege Britonum sæviore pagano, in campo Heathfeld, conserto gravi prœlio, est occisus die iduum Octobrium quarto [12 Oct.]. Turbatis rebus Northanhymbrorum, Paulinus, assumpta secum regina Æthelburga, rediit in Cantiam navigio, et honorifice susceptus est ab Honorio archiepiscopo et rege Eadbaldo.[4]

A. D. 634. Death of Ceadwalla king of the Britons.

Rex Britonum Ceadwala regem prius Osricum, regis Edwini patruelem, cum toto suo exercitu delevit; dein regem Eanfrithum, Æthelfrithi regis filium, ad se postulandæ pacis gratia venientem,

---

[1] *Pro eodem Pascha .... reviviscebat.*] The text here is extremely defective: in H. E. II. 19, it stands thus: "pro eodem errore corrigendo literas," etc. and, "pro Pelagiana hæresi ... cavenda ac repellenda ..... admonere curavit."

[2] Sax. Chron. A. D. 629. Honorius papa pallium Paulino misit, qui postmodum Honorium, Justi successorem, in archiepiscopum Cantuariensem consecravit in Lindissi provincia. *Add. alia manu.*

[3] H. E. II. 15, a. 327. Sax. Chron. 632.

[4] H. E. II. 20. Sax. Chron. Et multo post Hrofensem ecclesiam, mortuo Romano, suscepit regendam. *Add. alia manu.*

peremit. Quo perempto, cum parvo exercitu, sed fide Christi munito, frater suus Oswald supervenit, et infandum Britonum ducem cum immensis suis copiis, quibus nil resistere posse jactabat, interfecit, et regni utriusque gubernacula suscepit;[1] ac sequenti tempore omnes nationes et provincias Britanniæ in deditionem accepit.[2] Eo tempore gens Occidentalium Saxonum, regnante Cynegislo rege, fidem Christi suscepit, prædicante illis verbum Birino episcopo.[3] Sanctus Wilfridus nascitur.[4]

Conversion of Wessex.

S. Wilfrith born.

Rex Oswald misit ad majores natu Scottorum, petens ut sibi mitteretur antistes; cui pontifex missus est Aidanus, per quem et per ipsum clarissimum et sanctissimum regem Oswaldum, in provincia Berniciorum primum fundatur ecclesia Christi et instituitur.[5] Evangelizante Birino, ab Honorio papa, prædicandi gratia, Angliam misso, in West-Saxonica provincia rex Cynegils cum sua gente credidit; quem de fonte baptismi exeuntem rex victoriosissimus suscepit Oswaldus. A quibus regibus idem pontifex civitatem Dorcicc, ad faciendam inibi sedem episcopalem, accepit.[6]

A. D. 635.

Coming of Aidan to Bernicia.

Baptism of Cynegils.

Foundation of the see of Dorchester.

Eorpwaldi regis East-Anglorum frater Sigebertus,[7] vir per omnia Christianissimus et doctissimus, mox ubi regnare cœpit, totam suam provinciam fidei sacramentorum participem facere curavit: cujus studiis favens, Fœlix episcopus, genere Burgundus, qui Sigeberto, Orientalium Anglorum regi, in Gallia exulanti familiaris effectus, Angliam cum eodem, post mortem Eorpwaldi, venit, et East-Anglorum episcopus efficitur; illam ad fidem Christi perduxit, acceptaque

A. D. 636.

Conversion of the East Angles;

Felix their first bishop.

---

[1] H. E. III. 1.

[2] Ib. III. 6.

[3] Ib. III. 7, a. 635.

[4] *S. Wilfridus nascitur.*] See his Life by Eddius ap. Gale.

[5] H. E. III. 3.

[6] Ib. III. 7.

[7] *Sigebertus.*] Seabyrht; *C. male.*

sede episcopatus in civitate Dommuc, XVII. annis eidem genti præfuit.[1] Eo tempore de Hibernia venit ad provinciam Orientalium Anglorum vir sanctissimus nomine Furseus, et a rege præfato susceptus honorifice, ibique prædicans verbum vitæ, multos incredulos ad Christum convertit, et postea monasterium nobile construxit.[2] Interea rex idem, relictis regni negotiis et cognato suo Ecgrico commendatis, monasterium quod fecerat sibi intravit; acceptaque tonsura, æterno Regi multo tempore devote militavit. Sed dum paganus rex Merciorum Penda adversus East-Anglos in bellum procederet, monasterio invitus eruitur, in certamen nolens ducitur, virgamque tantum in manu tenens, una cum rege Ecgrico occiditur; quibus in regnum successit Anna filius Eni.[3] Cuichelm, regis Cynegilsi filius, in civitate Dorcicc, a Birino episcopo baptizatur, et eodem anno defungitur.[4]

Arrival of Furseus.

Resignation and death of Sigeberht king of East Anglia. Succession and death of Ecgric.

Baptism and death of Cwichelm.

A. D. 639.

Baptism of Cuthred.

Birinus episcopus Cuthredum, Cuichelmi regis filium, in civitate Dorcicc baptizavit, et eum de fonte regenerationis suscepit.[4]

---

[1] *Præfuit.*] H. E. II. 15, a. 631, where it is said that bishop Felix, a Burgundian, was, at his own desire, sent from Kent by archbishop Honorius, to preach the word in East Anglia. The conversion of Eorpwald, the predecessor of Sigeberht, is placed by Beda (II. 15) in 627; after whose murder, idolatry, he informs us, regained its ascendancy in East Anglia for a space of three years, when Sigeberht ascended the throne. Florence, in his chronology, follows the Saxon Chronicle in placing the preaching of Felix in 636. Dommuc, afterwards called Dunwich, was on the coast of Suffolk; it has long been overwhelmed by the ocean. In 673 archbishop Theodore divided East Anglia into two dioceses, by establishing a see at Elmham. In the time of Ecgberht the dioceses were again consolidated under the see of Elmham, which, under William the Conqueror, was removed to Thetford, and thence, under William Rufus, to Norwich. H.E. IV. 5; Malmesb. de Gest. Pont.

[2] *Construxit.*] H. E. III. 19, where the arrival of Furseus is placed in 633. See Stevenson's notes.

[3] H. E. III. 18.

[4] Sax. Chron.

Eadbald rex Cantuariorum, anno vicesimo quinto regni sui ex hac vita transiens, regni gubernacula Erconberhto filio suo reliquit. Hic primus regum Anglorum in toto regno suo idola relinqui ac destrui, simul et jejunium XL. dierum observari præcepit; cujus filia Ercongota, quam peperit ei sancta Sexburh regina, exstitit magnarum virgo virtutum.[1]

A. D. 640. Death of Eadbald king of Kent. Succession of Erconberht. Destruction of idols. Observation of Lent.

Nepos regis Edwini, filius regis Æthelfrithi, rex Oswald Christianissimus, peregrinis et pauperibus semper humilis, benignus, et largus, anno ætatis suæ XXXVIII°., regni autem nono, commisso gravi prœlio, occisus est a Penda, Merciorum rege pagano, in loco Maserfeld nuncupato.[2]

A. D. 642. Battle of Maserfield, and death of Oswald.

Cujus frater Oswiu, juvenis circiter XXX. annorum, brevi post tempore in regnum illi successit, et per annos XXVIII. laboriosissime tenuit.[3] Eodem anno Cenwalh, filius Cinegilsi regis, regimen West-Saxonici regni suscepit, et XXX.I. anno tenuit; et Wintoniæ ecclesiam, in qua sedes pontificalis est, construxit.[4]

A. D. 643. Succession of Oswiu, and of Cenwealh king of Wessex.

Paulinus, quondam Eboracensis, sed tunc Hrofensis episcopus civitatis, postquam XVIII. annos, menses duos, dies XXI. episcopatum tenuit, VI. iduum Octobrium die [10 Oct.] ad Dominum transivit: in cujus locum Honorius archiepiscopus, Justi successor, Ithamar ordinavit.[5]

A. D. 644. Death of Paulinus, and succession of Ithamar.

Rex West-Saxonum Cenwalh, quia Pendæ regis Merciorum sororem, quam duxerat, repu-

A. D. 645. Expulsion of Cenwealh.

---

[1] H. E. III. 8. Sax. Chron.

[2] H. E. III. 9. Sax. Chron.

[3] *Tenuit.*] H. E. III. 14, where Oswiu's accession is assigned to the year 624: he reigned twenty-eight years, and died in 670. H. E. IV. 5. The Saxon Chronicle, a. 642, correctly says, "And the same year that Oswald was slain, Oswiu, his brother, succeeded to the kingdom."

[4] *Construxit.*] H. E. III. 7. Sax. Chron. The Chronicle inconsistently places the death of Cenwealh in 627.

[5] *Ordinavit.*] H. E. III. 14. Sax. Chron., where it is said he was bishop "one less than twenty years."

diavit, bello petitus, ac regno ab illo privatus, ad regem East-Anglorum Annam secessit.[1] Hoc etiam anno rex Oswine, aspectu venustus, statura sublimis, affatu jocundus, moribus civilis, omnibus manu largus, regum humillimus, amabilis omnibus, regis Edwini patruelis Osrici filius, in Deirorum provincia regnare cœpit, et VII. annis eidem præfuit.[2]

Accession of Oswine in Deira.

A. D. 646. Cenwalh rex apud Orientales Anglos a Fœlice pontifice baptizatus est.[3]

Baptism of Cenwealh.

A. D. 647. Fœlix East-Anglorum primus episcopus obiit; pro quo Honorius archiepiscopus Thomam diaconum ejus ordinavit; quo etiam de hac vita subtracto, quinto sui episcopatus anno, Bonifacium substituit ejus loco.[4]

Death of Felix bishop of the East Angles. Succession of Thomas and of Boniface.

A. D. 648. Cenwalh rex de East-Anglia rediit in West-Saxoniam: et eodem anno non modicam ruris portionem dedit Cuthredo, fratrueli suo, Cuichelmi regis filio.[5]

Return of Cenwealh.

A. D. 650. Ægilberhtus episcopus, natione Gallus, in provincia West-Saxonica, a rege Cenwalcho, defuncto jam Birino, accepit episcopatum, et eidem genti pontificali jure annis præfuit multis.[5]

Ægilberht bishop of the West Saxons.

A. D. 651. Sanctus Cuthbertus monasterium Mailrosense intravit, susceptus a reverendissimo Eata, ejusdem ecclesiæ abbate.[6] Vir humilitatis eximiæ, sanctitatisque non modicæ, Deirorum rex Oswine, comitis Hunwaldi, sibi ut putabat amicissimi, proditus detectione, regni sui anno VII°., die

St. Cuthberht enters the Monastery of Melrose. Murder of Oswine.

---

[1] H. E. III. 7.

[2] *Præfuit.*] H. E. III. 14, where Oswine is said to have reigned nine years. Beda seems to place his accession in 642 (Sax. Chron. 644, Fl. Wig. 645) "primus regni sui (Oswii) temporibus." The Chronicle is here very corrupt; perhaps we should read, Oswine, Eadwines fæderan suna sunu, sunu Osrices, *Oswine, Eadwine's uncle's grandson, Osric's son.* Florence's date (645) is manifestly erroneous.

[3] Sax. Chron.

[4] H. E. III. 20, and Stevenson's note.

[5] H. E. III. 7. Sax. Chron.

[6] Beda, Vita S. Cuth. c. VI.

kal. Septembrium XIII. [20 Aug.], regis Oswiu jussione, a præfecto suo Æthelwino peremptus est, detestanda omnibus morte; cui successit in regnum Oithelwald, regis Oswaldi filius. Post occisionem regis Oswini, antistes Aidan II. kal. Septembrium [31 Aug.] ad cœlorum regna migravit; cujus animam puer bonæ indolis Cuthbertus vidit in cœlum ferri ab angelis; quo defuncto, Finan pro illo gradum episcopatus, a Scottis ordinatus ac missus, accepit.[1] Death of Aidan, and succession of Finan.

A. D. 653.

Benedictus, cognomento Biscop, regis Oswiu minister, nobili stirpe gentis Anglorum progenitus, domum, cognatos, possessiones, patriam, ætatis suæ anno XXV°., amore Christi reliquit, primo Romam adiit, et mox doctior rediit.[2] Benedict Biscop goes to Rome.

Honorius, Doruvernensis archiepiscopus, II. kal. Octobris [30 Sept.] ex hac luce migravit; cui, post annum et sex menses, Deusdedit, sextus ab Augustino, in regimen pontificatus successit, et ab Ithamaro, Hrofensis ecclesiæ antistite, die septimo kal. Aprilium [26 Mar.] ordinatus, annos novem, menses quatuor, et duos dies ecclesiam rexit.[3] Death of archbishop Honorius; succession of Deusdedit.

Mediterranei Angli, sub Peada principe, filio Pendan regis Merciorum, fidem et sacramenta Christi perceperunt, ipso principe primitus a Finano episcopo apud regem Oswium in Northymbria, cum omnibus qui secum venerant, baptizato: postmodum vero, eo domum reverso, cæteris de sua gente baptizatis a presbyteris quatuor, Cedd, Adda, Betti et Diuma, quos secum de præfata adduxerat provincia.[4] Conversion of the Middle Angles.

Eo tempore rex Orientalium Saxonum Sigeberht, qui Baptism of Sigeberht

---

[1] H. E. III. 4, 17.

[2] *Doctior rediit.*] All particulars given by Florence relating to Benedict Biscop are extracted from Beda's Life of him, ap. 'Hist. Abbatum Wiramuth.'

[3] *Ecclesiam rexit.*] H. E. III. 20. Beda, for 'menses IV.' has 'menses VII.'

[4] H. E. III. 21. Sax. Chron.

king of Essex.

post Sæbertum, cognomento Parvum, regnavit, in provincia Berniciorum, fidem Christi, per exhortationem regis Oswiu, cum ad eum veniret, suscipiens, a Finano, Northymbrorum episcopo, baptizatus est; quo sui regni sedem repetente, rex Oswiu misit cum illo virum Dei Cedd presbyterum, ad prædicandum verbum East-Saxonicis; ubi cum ille multam Domino ecclesiam congregasset, et propter colloquium Finani episcopi domum reversus esset, gradum episcopatus ab eo accepit, et in provinciam reversus, majori auctoritate cœptum opus explevit.[1] Quadam vice, cum ipse Northhymbrorum provinciam exhortandi gratia reviseret, Deirorum rex Oithelwald, regis Oswaldi filius, postulavit eum possessionem terræ aliquam a se ad construendum monasterium accipere; qui regiis favens votis, elegit sibi locum monasterii construendi in loco qui nunc Leastingaig nuncupatur, et, facto monasterio, religiosis moribus instituit.[2] Interea regem Sigebertum, instigante omnium bonorum inimico, sui interfecere propinqui; quia nimis ille suis parcere solebat inimicis, et factas ab eis injurias mox obsecrantibus placida mente dimittere; cui successit in regnum Suithhelm filius Sexbaldi.[1]

Cedd bishop of the East Saxons.

Monastery at Lastingham.

Murder of Sigeberht; succession of Swithhelm.

A. D. 654. Death of Anna king of East Anglia; succession of Æthelhere. Monastery at Ikanhoe founded.

Anna rex East-Anglorum a Penda rege occiditur; cui frater suus Æthelhere in regnum successit. In loco qui dicitur Icanho[3] monasterium construitur a Sancto Botulfo.[4]

A. D. 655. Battle of Winwidfield.

Perfidus rex Merciorum Penda, Sigeberti, Ecgrici, Annæ, regum East-Anglorum, necnon etiam Edwini, Oswaldi, regum Northanhymbrorum, occisor, XXX. legionibus totidemque nobilissimis

---

[1] H. E. III. 22.

[2] H. E. III. 23. *Leastingaig . . . . instituit.*] Lastingham is near Whitby.

[3] *Icanho.*] Ikanhoe in Lincolnshire.

[4] H. E. III. 18, 24. Sax. Chron.

ducibus instructus, in Berniciam, ad debellandum regem Oswium, ascendit; cui ille cum Alhfrido filio, unam tantum legionem habens, sed Christo duce confisus, in loco qui dicitur Winwidfelda[1] occurrit. Inito certamine, fugati sunt et cæsi pagani, duces regum XXX., qui ad auxilium venerant, pæne omnes interfecti; in quibus Æthelhere, frater Annæ regis eorundem,[2] qui post eum regnavit, auctor ipse belli, interemptus est; cui in regnum frater suus Æthelwaldus successit. Tum rex Oswiu, pro collata sibi victoria, duodecim possessiones ad monasteria construenda, et filiam suam Ælfledam Deo obtulit, perpetua ei virginitate consecrandam; quæ monasterium quod Heortesig nuncupatur, cui tunc Hild abbatissa præfuit, intravit. Hoc bellum rex Oswiu in regione Loidis, XIII°. regni sui anno, XVII°. die kal. Decembrium [15 Nov.] confecit, gentemque Merciorum ad fidem Christi convertit; sub quo primus in provincia Merciorum, et Lindisfarorum, ac Mediterraneorum Anglorum, factus est episcopus Diuma, cujus supra meminimus, secundus Ceollah de genere Scottorum. Idem rex tribus annis eidem genti cæterisque Australium provinciarum populis præfuit, gentemque Pictorum regno Anglorum subjecit, et Pendæ regis filio Peadæ, suo cognato, regnum Australium Merciorum dedit.[3]

Oswiu's daughter a nun at Hartlepool.

Conversion of the Mercians; Diuma their first bishop. Subjection of the Picts. Succession of Peada.

A. D. 656. Murder of Peada.

Peada rex, suæ conjugis proditione, in ipso Paschalis festi tempore, peremptus est multum nefarie.[3]

A. D. 658. Battle of Pen.

Cenwalh rex West-Saxonum cum Britonibus apud Peonnum pugnavit, et eos Pedridan[4] usque

[1] *Winwidfelda.*] The river Winwæd, near which this battle was fought, is, according to Camden, the Arc, which runs by Leeds.

[2] *Eorundem.*] Orientalium Anglorum. ib.

[3] H. E. III. 24. Sax. Chron.

[4] *Pedridan.*] The Parret.

Hild founds Whitby Abbey,

fugavit.[1] Beata Hild abbatissa, in loco qui dicitur Streoneshealh, monasterium construere cœpit, in quo regis Oswiu filia, primo vitæ regularis discipula, deinde extitit magistra; cujus mater Eanfleda regina, in loco ubi rex Oswine, filius videlicet patruelis sui patris, Osrici regis, peremptus est injuste, monasterium, quod In-Getlingum dicitur, construxit, et Trumhere Dei virum, occisi regis propinquum, ibi abbatem constituit.[2]

and Eanflæd that of Gilling.

A.D. 659. Wulfhere raised to the throne of Mercia. His bishops, Trumhere, Jaruman, Ceadda, Winfrith.

Adversus regem Oswiu duces gentis Merciorum, Immin, Eaba, et Eadberht, rebellavere, levato in regem Wlfere, filio Pendan adolescente, quem occultum servavere, sicque cum suo rege Christo gaudebant servire. Idem rex habuit primum episcopum præfatum Trumhere, secundum Jaruman, tertium Ceddan, quartum Winfrithum.[2]

A.D. 660. Wessex divided into two dioceses. See of Winchester founded.

Rex Cenwalh West-Saxonicam provinciam in duas parochias divisit, et episcopo Wine in civitate Wenta sedem episcopatus tribuit: unde Agilbertus episcopus graviter offensus, in Galliam rediit, et episcopatum Parisiacæ civitatis accepit.[3]

Marriage of Ecgfrith son of Oswiu.

Rex Ecgfrith, Oswiu regis filius, Ætheldritham, Annæ regis Orientalium Anglorum filiam, accepit in conjugem.[4]

A.D. 661. Death of Cuthred and of Cenbryht. Wulfhere takes the Isle of Wight.

Cuthred, Cuichelmi regis filius, nepos videlicet Cynegilsi regis, et regum Cenwalhii et Centwini fratruelis, et Cenbryht subregulus, Ceaulini scilicet regis pronepos, et pater Ceadwallæ regis, obierunt.[1] Wulfere Merciorum rex prius Æscesdun devastavit, et postmodum Vectam insulam cœpit, quam regi Australium Saxonum Æthelwoldo, cujus patrinus extitit, et Mavorum provinciam, in gente Occidentalium Saxonum, dedit.[5]

---

[1] Sax. Chron.
[2] H. E. III. 24. Sax. Chron.
[3] H. E. III. 7, and note ib.
[4] Ib. IV. 19.
[5] *Saxonum dedit.*] H. E. IV. 13. Sax. Chron. Mavorum is

Finan episcopus Northanhymbrorum obiit, cui Colman, et ipse a Scottia missus, successit.[1] Death of Finan; succession of Colman.

Tricesimo anno episcopatus Scottorum, quem gesserunt in provincia Northanhymbrorum, ac XXII°. anno regni Oswiu regis, mota quæstione in eadem provincia de Pascha, vel tonsura, vel aliis rebus ecclesiasticis, dispositum est ut in monasterio quod dicitur Streoneshealh, cui tunc Hild abbatissa præfuit, synodus fieri deberet. Venerunt autem illo reges Oswiu et Alhfrid filius ejus, qui regi Oithelwaldo, regis Oswaldi filio, in regnum successit; episcopus Colman cum clericis suis, Agilbertus West-Saxonum episcopus, cum Agathone et Wilfrido presbyteris, Cedd Orientalium Saxonum episcopus, Hild abbatissa cum suis. Qui multum inter se confligentes, tandem majores una cum mediocribus, abdicata minus perfecta Scottorum institutione, ad ea quæ meliora cognoverant sese transferre festinabant.[1] Finito conflictu, ac soluta quæstione, Agilbertus domum regreditur; Cedd, relictis Scottorum vestigiis, ad sedem suam rediit; Colman, unanimi intentione catholicorum superatus, ad suos in Scottiam revertitur; quo patriam reverso, suscepit pro eo pontificatum Northanhymbrorum Tuda, sed permodico tempore ecclesiam regens. Abbas monasterii quod vocatur Mailros, Eata, vir reverendissimus, qui Hrypensis monasterii fundator, rogatu regis Alhfridi, prius extitit, abbatis jure, Lindisfarnensibus fratribus præpositus est, et beatum Cuthbertum de Mailrosensi monasterio ad insulam Lindisfarnensem transtulit.[2] Eodem anno facta est eclipsis solis die tertia mensis Maii, hora quasi decima diei. Mox subita pestilentiæ

A. D. 664. Synod of Whitby.

Colman returns home; is succeeded by Tuda.

Eata made abbot of Lindisfarne; removes St. Cuthberht thither.

Eclipse of the sun. Pestilence. Death of Tuda.

---

an error for, or contraction of, Meanvarorum: their district was a part of the present Hampshire.

[1] H. E. III. 25.

[2] Ib. III. 26. Vita S. Cuthb. c. XVI.

Wilfrith sent to France for episcopal ordination.

lues secuta est, qua sacerdos Domini Tuda de mundo raptus est.[1] Alhfrid rex, cum consilio atque consensu patris sui Oswiu, venerabilem presbyterum et abbatem Hrypensis[2] monasterii Wilfridum ad regem Galliarum mittens, episcopum sibi rogavit ordinari, cum esset circiter xxx. annorum. At ille misit eum ordinandum ad Agilbertum, qui, relicta Britannia, Parisiacæ civitatis factus erat episcopus, cum quo et alii undecim episcopi ad dedicationem antistitis convenientes, multum honorifice ministerium impleverunt.[3]

Death of Deusdedit, and of Earconberht king of Kent. Succession of Ecgberht. Consecration of Ceadda to the see of York.

Deusdedit, sextus ab Augustino archiepiscopo, obiit II. iduum Juliarum [14 Jul.]. Sed et Erconbert rex Cantuariorum eodem anno ac die defunctus, Ecgberto filio sedem regni reliquit.[4] Wilfrido, adhuc in transmarinis partibus demorante, consecratus est in episcopatum Eboraci, a Wine civitatis Ventanæ præsule, jussu regis Oswiu, monasterii quod Leastingaig dicitur abbas, sancti pontificis Ceddi germanus, Ceadda vir sanctus.[5]

Death of St. Æthelburh abbess of Barking;

Deo dilecta mater Bercinganensis monasterii Æthelburga, prima ejusdem cœnobii abbatissa, miræ sanctitatis viri Erconwaldi, futuri Lundoniæ civitatis episcopi, germana, v°. iduum Octobrium die [11 Oct.] carnis ergastulo est educta; cujus talem fuisse constat vitam, ut nemo qui eam noverit dubitare debeat quin ei de hac vita exeunti cœlestis patriæ patuerit

---

[1] *Raptus est.*] H. E. III. 27. Sax. Chron. This was the dreadful yellow plague, which, during a period of twenty years, ravaged England and Ireland. In the last-mentioned country it is said to have carried off two-thirds of the population. Among its victims were Catgualet king of Gwynedd (North Wales), Earconberht of Kent, Æthelwealh of Sussex, Deusdedit archbishop of Canterbury; the bishops Wine of London, Cedd of the East-Saxons, and Tuda of Lindisfarne, and Æthelburh abbess of Barking. See also Ussher, Antiq. Brit. pp. 948, 1164.

[2] *Hrypensis*] of Ripon: A. S. In-Hrypum.

[3] H. E. III. 28.

[4] Ib. IV. 1.

[5] Ib. III. 28, a. 666.

ingressus; cui successit in officium abbatissæ Deo dilecta famula Hildelith nomine.[1] Paulo post Cedd, episcopus Orientalium Saxonum, monasterium suum Leastingaig adiit, ibidemque corporis infirmitate tactus, VII°. kal. Novembrium die [26 Oct.] obiit.[2] Rege East-Anglorum Æthelwaldo defuncto, successit Aldulfus, cujus mater Heresuitha, soror sanctæ Hildæ abbatissæ, quarum pater Hereric, cujus pater Eadfrith, cujus pater Edwine.[3] Boisilus, sublimium virtutum monachus, Mailrosensis cœnobii præpositus, vir prophetico spiritu plenus, sacerdos Dei dilectus, lethali morbo pressus, perpetuæ lucis gaudia conscendit.[4] Rex Orientalium Saxonum Sighere cum sua parte populi ad apostasiam conversus est: quod ubi rex Merciorum Wlfere comperit, Jaruman episcopum, successorem Trumhere, ad corrigendum errorem misit. Porro Sebbi, socius et coheres regni ejusdem, fidem perceptam cum suis omnibus servavit.[5]

succeeded by Hildelith. Death of Cedd bishop of the East Saxons. Death of Æthelwald king of East Anglia; succession of Ealdwulf. Death of Boisil abbot of Melrose. Apostasy of Sighere king of Essex. Jaruman sent to him.

Benedictus, cognomento Biscop, tempore Vitaliani papæ, secundo Romam adiit, et post menses aliquot Lirinensem insulam[6] venit; monachis se dedens attonsus est, et biennio, sub abbatis regimine, Deo regulari militavit tramite.

A. D. 665. Benedict Biscop's second journey to Rome.

Sanctus Aldelmus Melduni, in ecclesia Apostolorum Petri et Pauli, abbas ordinatur a Leutherio, West-Saxonum quarto episcopo.[7] Wine, civi-

A. D. 666. St. Aldhelm ordained abbot of Malmesbury.

---

[1] *Hildelith nomine.*] H. E. IV. 10. To this abbess Aldhelm dedicated his poem 'De Virginitate.' Malmesb. de Pont.

[2] H. E. III. 23.

[3] *Eadwine.*] See Geneal. Reg. Northanhymb. at the end of the volume.

[4] Vita S. Cuth. c. 8.

[5] H. E. III. 30.

[6] *Lirinensem insulam.*] The isle of Lerins, off the coast of Provence (Depart. of the Var), in the diocese of Antibes, on which was a celebrated monastery and school, founded at the end of the fourth century by S. Honoratus. See Gallia Christ. t. III. p. 1189.

[7] *Episcopo.*] See Aldhelm's Life, by William of Malmesbury, in Savile's and Gale's Collections, also in Anglia Sacra. Aldhelm died 25th May, 709.

Wine expelled from Winchester; becomes bishop of London.

tatis Ventanæ episcopus, a rege Cenwalcho de suo præsulatu pulsus, ad regem Merciorum Wlfere secessit, et ab eo acquisita sede civitatis Lundoniæ, ejus episcopus mansit usque ad terminum vitæ suæ.[1]

A. D. 667. Wigheard sent to Rome for consecration, dies there.

Reges Anglorum nobilissimi, Oswiu provinciæ Northanhymbrorum, et Ecgberht Cantuariorum, cum consensu sanctæ ecclesiæ gentis Anglorum, presbyterum nomine Wihardum, de clero Deusdedit archiepiscopi, antistitem ordinandum Romam miserunt; verum ille Romam perveniens, priusquam consecrari in episcopatum posset, morte præreptus est.[2] Ceadda præsul Eboracensis tribus annis ecclesiam sublimiter rexit; dehinc ad monasterii sui curam, quod est in Leastingaig, secessit, accipiente Wilfrido episcopatum totius Northanhymbrorum provinciæ.[3]

Ceadda retires to Lastingham; is succeeded by Wilfrith.

A. D. 668. Benedict Biscop's third journey to Rome. Theodore consecrated to the see of Canterbury.

Biscop, qui et Benedictus, tertio Romam venit. Quo tempore erat Romæ monachus Theodorus, Tharso Ciliciæ natus, sæculari et ecclesiastica philosophia præditus, Græce et Latine sufficienter instructus, probus moribus, annorum LXVI. Hunc VII. kal. Aprilium Dominica [26 Mar.] ordinatum archiepiscopum, Biscopo, quia vir sapiens erat ac strenuus, papa Vitalianus Britanniam perducendum, simul et abbatem commendavit Adrianum.[4]

A. D. 669. Theodore arrives in Kent; bestows the abbey of St. Peter on Benedict;

Archiepiscopus Theodorus, die VI. kal. Juniarum Dominica [27 Maii], Cantiam venit, et Benedicto, qui et Biscop, monasterium beati Petri Apostoli, abbatis jure, regendum dedit. Mox peragrata insula tota, locis opportunis episcopos ordinavit, et ordinationem Ceaddæ denuo

---

[1] H. E. III. 7.

[2] Ib. IV. 1.

[3] Ib. IV. 3. Berhtgils, qui et Bonifacius, III[us] East-Anglorum episcopus, obiit, cui Bisi vir venerandus successit; *add. alia manu.*

[4] H. E. IV. 2, 3. The Penitential of Theodore is printed for the first time in the 'Ancient Laws and Institutes of England.'

catholica ratione consummavit. In civitate etiam Hrofi, ubi, defuncto Damiano, episcopatus jamdiu cessaverat, Putta virum ecclesiasticis disciplinis institutum ordinavit; et non multo post, mortuo Jarumanno, ac rege Wulfere petente, et rege Oswiu concedente, jussit Ceaddan Merciorum simul et Lindisfarorum pontificatum suscipere. Ille jussis obsecundavit, magnaque vitæ perfectione susceptum ministerium administrare curavit: cui rex etiam Wulfere terram L. familiarum, ad construendum monasterium in loco qui dicitur Ad Bearuwe, donavit.[1]

appoints Putta to the see of Rochester, Ceadda to Lichfield and Lindisfarne.

A. D. 670. Death of Oswiu; succession of Ecgfrith. Leutherius consecrated to the see of Winchester.

Oswiu, rex Northanhymbrorum, pressus infirmitate, anno ætatis suæ LVIII., die XV°. kal. Martiarum [15 Feb.], mortem obiit, et Ecgfridum filium regni reliquit successorem.[1] Leutherium, Agilberti Parisiacæ civitatis episcopi nepotem, rex Cenwalh et Occidentales Saxones rogaverunt Theodorum, archiepiscopum Doruvernensis ecclesiæ, sibi antistitem consecrari; qui consecratus in Wentana civitate, VII. annis episcopatum solus gessit.[2]

A. D. 671. Benedict Biscop's fourth journey to Rome; is succeeded by Adrian.

Avium strages facta est permaxima.[3] Venerabilis abbas Benedictus, qui et Biscop, ubi duobus annis monasterio beati Petri Apostoli, abbatis jure, præesset, archipræsulis Theodori licentia, tertio de Britannia Romam profectus est; cui in monasterii regimen successit Adrianus abbas, cujus supra meminimus, vir natione Afer, sacris literis diligenter imbutus, Græcæ pariter et Latinæ linguæ peritissimus.[4]

---

[1] H. E. IV. 5. Sax. Chron.

[2] H. E. III. 7.

[3] Sax. Chron.

[4] *Peritissimus.*] This accords with the account given by Beda in his Life of Benedict: "Benedictus suscepit (a. 669) monasterium beati Petri Apostoli ad regendum, cujus postea præfatus Adrianus factus est abbas." The appointment of Adrian seems not to have taken place until 671, when Benedict went his fourth journey. In his History (IV. 1)

A. D. 672. Death of Cenwealh. Of his queen Sexburh.

Cenwalh rex West-Saxonum xxx°. anno[1] regni sui defunctus est; cujus uxor Sexburh regina, secundum Anglicam Chronicam, uno post illum regnavit anno; secundum vero Bedam, subreguli regnum inter se divisum annis circiter x. tenuerunt.[2] Regina Northanhymbrorum Ætheldritha, multum diu postulans regem Ecgfridum, ut, relictis sæculi curis, in monasterio Regi Christo servire permitteretur, ubi vix aliquando impetravit, monasterium Sanctæ Æbbæ abbatissæ, videlicet sancti Oswaldi et Oswiu regum germanæ, ac Ecgfridi regis amitæ, intravit, et velamen sanctimonialis habitus ab antistite Wilfrido accepit.[3] Cum in Merciorum provincia duobus annis ac dimidio Ceadda episcopus ecclesiam gloriosissime rexisset, languore corporis tactus, postquam obitum suum Dominici corporis et sanguinis perceptione munivit, vi°. die nonarum Martiarum [2 Mar.] æterna gaudia petivit: qui dum e mundo transiret, Ecgberht pater reverendissimus, ejus quondam in Hibernia condiscipulus, vidit animam Ceddi episcopi, fratris ipsius, cum angelorum agminibus de cœlo descendere, et, assumpta secum anima ejus, ad cœlestia regna redire: in cujus locum ordinavit Theodorus Winfridum diaconum ejus, cui ipse successerat antistitis loco.[4] Roma Benedictus Biscop rediit, et ingressus Britanniam, patriam gentem solumque in quo natus est petit; Ecgfridum, Trans-

Æthelthryth queen of Northumbria becomes a nun at Coldingham.

Death of Ceadda; succeeded by Winfrith.

Benedict returns, and receives land at Wearmouth.

Beda states, that, immediately on Adrian's arrival in England, Theodore gave him the appointment: "Qui statim ut ad illum venit, dedit monasterium beati Petri Apostoli." The two accounts seem irreconcileable.

[1] Sax. Chron.

[2] *Annis . . . . . tenuerunt.*] H. E. iv. 12; Vita S. Bened. § 4; W. Malmesb. lib. 1; Wendover (p. 162) and M. Westmon. (a. 672), say that Sexburh was expelled: "indignantibus regni magnatibus expulsa est a regno, nolentibus sub sexu fœmineo militare." See also Lappenberg's England, i. p. 254.

[3] H. E. iv. 19.

[4] Ib. iv. 3.

humbranæ gentis regem, adiit, qui confestim terram LXX. familiarum, ut construeret monasterium ad ostium Wiri fluminis, illi dedit.

A. D. 673. Death of Ecgbryht king of Kent; is succeeded by Hlothere. Council of Hartford.

Rex Cantuariorum Ecgbryht, nono regni sui anno, mense Julio obiit, succedente in regnum fratre Hlothere, quod ipse annos XI. et menses VII. tenuit. Die XXIV°. mensis Septembris, indictione prima, Theodorus Doruvernensis episcopus, in loco qui dicitur Heortford, episcoporum cogit concilium, in quo Wilfridus Northanhymbrorum gentis episcopus per proprios legatarios fuit. Fuerunt et Putta Hrofensis episcopus, Leutherius Occidentalium Saxonum episcopus, Winfrid provinciæ Merciorum episcopus; quibus affuit Bisi Orientalium Anglorum episcopus, successor Bonifacii, cujus supra meminimus, vir multæ sanctitatis et religionis, non multo ante a Theodoro ordinatus; quo adhuc superstite, sed gravissima infirmitate ab administrando episcopatu prohibito, duo sunt pro illo, Æcci et Badwine, consecrati episcopi.[1] In regione quæ vocatur Elge beata Ætheldritha facta est abbatissa, ubi constructo monasterio virginum Deo devotarum, mater virgo et exemplis vitæ cœlestis esse cœpit et monitis.[2]

Æthelthryth made abbess of Ely.

A. D. 674. Æscwine becomes king of Wessex. Ireland full of saints and wonders.

Æscwine, secundum Anglicam Chronicam, Occidentalium Saxonum suscepit regnum; qui fuit Cenfus, qui fuit Cenferth, qui fuit Cuthgils, qui fuit Ceolwulf, qui fuit Cynric, qui fuit Cerdic. [Hibernia, Insula Sanctorum, sanctis et mirabilibus perplurimis sublimiter plena habetur.] Biscop ad ostium Wiri fluminis[3] indictione II.

Benedict at Wearmouth.

A. D. 675. Battle of Beadenhead.

Wulfere rex Merciorum et Æscwine rex West-Saxonum, in loco qui dicitur Bydanheafd pugna-

[1] H. E. IV. 5.
[2] Ib. IV. 19.
[3] *Fluminis*] Monasterium fecit; *add. from Beda.*

Death of Wulfhere, king of Mercia.

verunt.[1] Eodem etiam anno ipse Wulfere, qui regum Merciorum primus fidem et lavacrum sanctæ regenerationis accepit, et in tota gente sua dæmoniorum culturam destruxit et penitus eradicavit, Christique nomen ubique locorum regni sui prædicare jussit, et multis in locis ecclesias ædificavit, XVII°. anno ex quo regnavit ad uranica regna migravit;[1] cujus regina S. Eormengilda, quæ Cantuariorum regis Erconberhti sanctæque Sexburgæ reginæ, Annæ regis Orientalium Anglorum filiæ, sororis videlicet S. Ætheldrithæ, extitit filia, peperit ei magnarum virginem virtutum S. Wereburgam; quæ, patre defuncto, sæculo renunciavit, et habitum sanctæ conversationis susceptura, genitricis materteræ, sanctæ videlicet Ætheldrithæ, monasterium intravit, in quo multa, Deo cooperante, miracula patravit: cujus sanctitatis famam cum suus patruus rex Æthelredus comperisset, eam quibusdam virginum Deo devotarum monasteriis, abbatissæ jure, præfecit; cum quibus et in quibus regulariter vivens, illisque in omnibus pie consulens, ad vitæ finem vero Regi Christo militavit; ac in uno monasteriorum suorum, quod Triccingaham[2] dicitur, e sæculo migravit, sicque ad complexum et nuptias Sponsi cœlestis virgo beata intravit; corpus autem illius ad monasterium, cui est Heanbyrig[3] vocabulum, ut ipsa vivens præcepit, est delatum, et in illo honorifice tumulatum; quod usque ad tempus quo gens pagana Danorum, crudeli cæde et tyrannica depopulatione, Anglorum vastaverunt provincias, mansit incorruptum.[4] Fuerunt autem germani regis Wlferi

Of St. Werburh.

[1] Sax. Chron.

[2] *Triccingaham.*] Trentham in Staffordshire.

[3] *Heanbyrig.*] Hanbury in Staffordshire.

[4] Thom. Eliens. Hist. Eliens. Anglia Sacra, I. p. 596, and Capgrave.

Æthelred succeeds to the throne of Mercia.

Æthelredus, qui post illum sceptra regni gubernavit; Peada, qui, ut paucis prælibavimus, Australium Merciorum regnum habuit; Merewald, qui in occidentali plaga Merciorum regnum tenuit; cui regina sua, sancta Ermenbeorga, regis Eormenredi filia, peperit tres filias, sanctam videlicet Mildburgam, sanctam Mildthrytham, et sanctam Mildgitham, unumque filium, Merefin, eximiæ sanctitatis puerum.[1] Offensus a Winfrido, Merciorum episcopo, per meritum cujusdam inobedientiæ, Theodorus archiepiscopus eum de episcopatu deposuit, et in loco ejus Saxulfum episcopum ordinavit, constructorem et abbatem monasterii quod dicitur Burh in regione Girviorum.[2] Depositus vero Winfrith ad monasterium suum Bearwe rediit, ibique in optima vitam conversatione finivit. Tum etiam Orientalibus Saxonibus, quibus eo tempore præfuerunt Sebbe et Sighere, in civitate Lundonia, Erconwaldum episcopum constituit, ubi prædecessor ejus Wine sedem episcopatus habuit; cujus viri, scilicet Erconwaldi, et in episcopatu et ante episcopatum, vita et conversatio fertur fuisse sanctissima. Hic fecit duo monasteria, unum sibi, alterum sorori; suum Certesie dicitur, quod, adminiculo Frithewoldi subreguli, opulentia rerum et monachis implevit; sororis cœnobium appellatur Berkingum, ubi ipsa primum abbatissa constituitur.[3] Post Erconwaldum fuit Waldherus,[4] et post istum Incgualdus, ultimus quem Beda in Historia Anglorum Lundoniensem commemorat episcopum.[5] Porro Æthelburgæ, sancti Erconwaldi sorori, successit Hildelith, ad quam sanctus Aldelmus scripsit librum 'De Virginitate.'[6] Post

His family.

Winfrith deposed from the see of Mercia;

succeeded by Saxulf abbot of Peterborough.

St. Erconwald bishop of London;

founds Chertsey and Barking abbeys.

Succeeded by Waldhere, and he by Incgwald.

Abbesses of Barking.

---

[1] Flor. Geneal.

[2] *Girviorum.*] The Gyrwian territory was in the N. E. of Mercia.

[3] H. E. iv. 6.

[4] Ib. iv. 11.

[5] Ib. v. 23.

[6] Ib. iv. 19.

Hildelitham extitit Wlfhildis[1] abbatissa, Edgari regis tempore.

A. D. 676. Benedict Biscop's fifth journey to Rome.

Benedictus Biscop cum Ceolfrido, religioso monacho, quarto Romam de Britannia petit, epistolam privilegii ab Agathone papa, cum licentia, consensu, desiderio, et hortatu regis Ecgfridi acceptam, qua monasterium suum tutum ac liberum perpetuo redderetur, retulit. Accepit et Johannem, archicantorem beati Petri Apostoli, Britanniam perducendum, ut in monasterio suo cursum canendi per annum edoceret. Æscwine rex West-Saxonum moritur, et Centwine ei succedit, qui fuit filius Cynegisli, filii Ceoli. Æthelred rex Merciorum Cantiam vastavit, civitatem quoque Hrofi communi clade absumpsit. Quod ubi Putta ejus episcopus comperiit, ad Saxulfum Merciorum episcopum divertit, et ab eo possessione cujusdam ecclesiæ accepta, ibidem in pace vitam finivit: pro quo Theodorus Quichelmum consecravit episcopum; sed illo, post non multum temporis, præ inopia rerum ab episcopatu decedente, Gebmundum pro eo substituit antistitem. Defuncto West-Saxonum episcopo Leutherio, episcopatu Hæddi functus est pro illo, in civitate Lundonia consecratus a Theodoro.[2] Sanctus Cuthbertus anachoreticæ contemplationis secreta petiit.[3]

Death of Æscwine; succession of Centwine.

Æthelred king of Mercia ravages Kent and plunders Rochester.

Succession of bishops.

St. Cuthberht becomes an anchorite.

A. D. 677. A comet.

Bosa and Eata supersede Wilfrith.

Anno imperii Ecgfridi VIII°. apparuit mense Augusto stella cometes.[4] Quo etiam anno orta inter ipsum regem Ecgfridum et reverendissimum antistitem Wilfridum dissensione, pulsus est idem antistes a sede sui episcopatus, et duo in locum ejus substituti episcopi, Bosa monachus

---

[1] *Wlfhildis.*] Wlflith, *L.*

[2] H. E. IV. 12; Sax. Chron.

[3] Vita S. Cuthb. c. XVII.

[4] *Cometes.*] H. E. IV. 12; Sax. Chron., both under a. 678; but see Stevenson's note in H. E., ed. E. H. S. p. 274.

reverendus de monasterio Hild abbatissæ, qui Deirorum, et Eata venerabilis abbas Mailrosensis cœnobii, qui Berniciorum provinciam gubernaret. Hic in civitate Eboraci, ille in Hagustaldensi, sive Lindisfarnensi ecclesia cathedram habens episcopalem, ambo de monachorum collegio in episcopatus gradum asciti: cum quibus et Eathæd in provincia Lindisfarorum, quam nuperrime rex Ecgfrid, superato in bello et fugato Wulfero, obtinuerat, ordinatur episcopus; et hunc primum eadem provincia proprium accepit præsulem, secundum Æthelwine, tertium Eadgarum, quartum Cyneberht. Habebat enim ante Eathædum antistitem Saxwlfum, qui etiam Merciorum et Mediterraneorum Anglorum simul episcopus fuit; unde et expulsus de Lindissi, in illarum provinciarum regimine mansit. Ordinati sunt autem Eathæd, Bosa, et Eata Eboraci ab archiepiscopo Theodoro.[1] Pulsus ergo ab episcopatu Wilfrid Romamque iturus, ubi navem conscendit, flante favonio, Fresiam est pulsus, ubi primus opus evangelicum cœpit, et multa millia barbarorum ad fidem convertit, hiememque ibidem cum nova Dei plebe feliciter exegit.[2]

Eathæd ordained bishop of Lindsey.

Wilfrith converts many Frisians.

A. D. 678. Beda born.

Sanctus Beda nascitur.[3]

A. D. 679. Battle of the Trent.

Inter Ecgfridum regem Northymbrensium et Æthelredum regem Merciorum conserto gravi prœlio, juxta fluvium Trenta, occisus est rex Alfwine, frater regis Ecgfridi, cujus sororem Osthrytham rex Æthelred habebat uxorem.[4] Wilfridus episcopus Fresiam reliquit, Romam adiit; et ubi Benedicti papæ et plurimorum epi-

Wilfrith returns to

[1] H. E. IV. 12.

[2] Ib. v. 19.

[3] *S. Beda nascitur.*] According to Mabillon in his Life of Beda, § 2, Beda was born in 673; but Mr. Stevenson considers the reasoning of Pagi (Crit. in Annal. Baron. A. D. 693, § 8) as conclusive in favour of 674. See Introduction to H. E. p. vii.

[4] H. E. IV. 21; Sax. Chron.

England and converts the South Saxons. scoporum judicio absque crimine accusatus fuisset, episcopatuque inventus est dignus esse, Britanniam rediit, provinciam Suth-Saxonum Christo credere fecit.[1] Death of Æthelthryth abbess of Ely. Beata virgo Ætheldrytha, Eliensis cœnobii abbatissa, IX°. die kal. Juliarum [23 Jun.] in medio suorum rapta est ad Dominum; Succession of Sexburh. cui soror ejus Sexburh in ejus successit ministerium.[2]

A. D. 680. Synod of Hatfield. Anno VI°. regni Æthelredi regis Merciorum, indictione VIII., Theodorus archiepiscopus cœtum episcoporum doctorumque plurimorum collegit in loco qui dicitur Hæthfeld, ut cujus essent singuli fidei sciret, sicut ei Agatho papa per Johannem archicantorem, qui huic synodo intererat, mandaverat.[3] Mercia divided into five dioceses. Ejusdem regis tempore, Merciorum provincia in quinque parochias est divisa;[4] unde ad provinciam Hwicciorum Tatfrith, vir doctissimus, de Hild abbatissæ monasterio, electus est antistes; sed priusquam ordinari posset, morte immatura præreptus est; Bosel bishop of the Hwiccas. quapropter eidem provinciæ vir reverendus Bosel non multo post antistes ordinatus est. Death of St. Hild abbess of Whitby. Religiosa Christi famula Hild, monasterii quod Streoneshalh dicitur abbatissa, Hererici nepotis regis Edwini filia, post multa quæ fecit in terris opera cœlestia, ad percipienda vitæ cœlestis præmia est de terris ablata, cum esset annorum LXVI. die XV°. kal. Decembrium [17 Nov.], de morte transivit ad Dominum. Hæc duo monasteria, Streoneshalh scilicet et Hacanos,[5] construxit, in quibus justitiæ, pietatis, castimoniæ, cæterarumque virtutum, sed maxime pacis et charitatis custodiam docuit.[6] Of the poet Cædmon. In hujus abbatissæ monasterio habi-

---

1 H. E. v. 19.

2 Ib. IV. 19.

3 Ib. IV. 17, 18; Sax. Chron.

4 *Divisa*] Lichfield, Worcester (Hwiccas), Leicester, Lindsey, Hereford.

5 *Hacanos*] Hackness near Whitby.

6 H. E. IV. 23.

tavit Cedmon, ille famosus monachus, qui divinitus adjutus, gratis canendi donum accepit.[1] Oshere subregulus, licentia præstantissimi regis Merciorum, domini sui Æthelredi, terram XXX. manentium, in loco qui dicitur Rippel, Frithewaldo, monacho Winfridi episcopi, cujus supra meminimus, dedit, ut ibidem ecclesiasticæ conversationis normam exerceret.[2]

Oshere of the Hwiccas grants land to Frithewald.

Bonæ indolis puer Beda, cum esset septem annorum, suorum cura propinquorum, reverendissimo abbati Biscopo datus est educandus.[3] Post annos tres abscessionis Wilfridi, ad ecclesiam Hagustaldensem Tunberhtum, remanente Eata ad Lindisfarnensem, et Trumwine ad terram Pictorum, Theodorus archiepiscopus ordinavit. Eathædum de Lindissi reversum, eo quod Æthelred rex provinciam recepisset, Rypensi ecclesiæ præfecit.[4]

A. D. 681. Of Beda.

Tunberht ordained bishop of Hexham; Trumwine of the Picts; and Eathæd of Ripon.

Centwine rex West-Saxonum Occidentales Britones usque ad mare in ore gladii fugavit.[5] Reverendissimus abbas Benedictus Biscop presbyterum Eusterwini, suum patruelem, sanctitate insignem, de monasterio suo eligens, abbatem eidem monasterio, regendi jure, præfecit. Ecgfrith rex, pro redemptione animæ suæ, etiam aliam XL. familiarum terram abbati Benedicto donavit; ubi missis monachis numero XXII., et præposito abbate Ceolfrido, sui per omnia adjutore strenuissimo, jussu regis monasterium beato Paulo Apostolo, in loco qui dicitur Girvum,[6] construxit.

A. D. 682. Centwine king of Wessex routs the Britons. Benedict makes Eusterwine co-abbot with him. The monastery of Jarrow founded.

Ecgfrith rex Northymbrorum, misso Hiberniam cum exercitu duce Berhto, vastavit misere

A. D. 684. Berht ravages Ireland.

---

[1] H. E. IV. 24.

[2] Oshere's charter of donation is printed in the Codex Diplomaticus, I. p. 22, but marked by Mr. Kemble as spurious.

[3] H. E. V. 24. See above, p. 35, note [3].

[4] H. E. IV. 12.

[5] Sax. Chron.

[6] *Girvum.*] Jarrow.

Synod at Twiford. gentem innoxiam.[1] Congregata synodo sub præsentia regis Ecgfridi juxta fluvium Alne, in loco qui dicitur Twiford, cui Theodorus archiepiscopus præsidebat, Tunberhto ab episcopatu deposito, unanimo omnium consensu ad episcopatum Hagustaldensis ecclesiæ Cuthberht eligitur; sed quia ipse plus Lindisfarnensi ecclesiæ dilexit præfici, placuit ut Eata reverso ad Hagustaldensem, Cuthberht ecclesiam susciperet Lindisfarnensem.[2] Benedictus Biscop quinta vice de Britannia Romam petiit.

Deposition of Tunberht.

Cuthberht chosen bishop of Lindisfarne; Eata at Hexham.

Benedict's sixth journey to Rome.

A. D. 685.

Death of Hlothhære king of Kent.

Lotheri rex Cantwariorum, in pugna Australium Saxonum vulneratus, XII°. anno sui regni VIII. idus Februarii [6 Feb.], feria II., inter medendum est defunctus; post quem Eadric, filius Ecgberhti fratris sui, anno uno ac dimidio regnavit.[3] Magna pestilentiæ procella Britanniam corripiens, lata nece vastavit; in qua Deo dilectus abbas Eusterwinus per nonas Martii [7 Mar.] raptus est ad Dominum; pro quo fratres, cum consilio Ceolfridi abbatis,[4] miræ sanctitatis virum et Scripturarum studiis abundanter instructum, Sigefridum, ejusdem monasterii diaconem, constituere abbatem.[5] Ecclesiasticorum donis commodorum Biscop locupletatus, et peregrina merce, ut semper, onustus, Roma rediit. Ordinatio beati Cuthberhti in ipsa solemnitate Paschali [26 Mar.] completa est Eboraci sub præsentia regis Ecgfridi: ad consecrationem ejus VII. episcopis convenientibus, in quibus primatum tenebat Theodorus archiepiscopus.[6] Ecgfrith rex, cum temere exercitum ad

Succession of Eadric.

Plague in Britain.

Death of Eusterwine.

Benedict's return from Rome.

Ordination of Cuthberht.

Death of Ecgfrith.

---

[1] H. E. IV. 26; Sax. Chron.

[2] Ib. IV. 28.

[3] Ib. IV. 26.

[4] *Ceolfridi abbatis*] of Jarrow.

[5] *Abbatem.*] See Beda, Vita S. Bened., where, however, it is not said that Eusterwine died of the plague.

[6] H. E. IV. 28.

vastandum Pictorum provinciam duxisset, anno ætatis suæ XL°. regni autem XV°. occisus est, die kal. Juniarum XIII°. [20 Maii], Sabbato; cui successit in regnum Alhfrid frater ejus, vir in Scripturis doctissimus.[1] Hujus regni principio defuncto Eata, sanctissimo episcopo, Johannes, vir sanctus, Hagustaldensis ecclesiæ præsulatum suscepit.[2] Sanctissimus vir Domini Trumwine episcopus de terra Pictorum cum suis recessit, et in Streoneshalh locum sibi mansionis elegit, ibique vitam non sibi solummodo, sed et multis utilem plurimo annorum tempore duxit; ubi etiam defunctus, cœleste regnum conscendit.[3] Ceadwalla, juvenis strenuissimus de regio genere Gewissorum,[4] Æthelwalh, regem Australium Saxonum, improvise cum exercitu superveniens, interfecit; sed mox expulsus est a ducibus regis Berhthuno et Æthelhuno, qui deinceps regnum provinciæ tenuerunt.[5] Centwine rex Occidentalium Saxonum vita decedit, cui præfatus Ceadwalla in regnum succedit, qui fuit Cenbryht, qui fuit Ceadda, qui fuit Cutha, qui fuit Ceaulin, qui fuit Cynric, qui fuit Cerdic.[6]

Succession of Alhfrith.

Trumwine bishop of the Picts retires to Hexham.

Ceadwalla attacks and slays Æthelwealh king of the South Saxons.

Death of Centwine king of Wessex. Succession of Ceadwalla.

Wilfridus episcopus, post longum exilium, sedem suam et episcopatum Hagustaldensis ecclesiæ, rege Alhfrido invitante, recepit.[7] Johannes vero, defuncto Bosa, multæ sanctitatis et humilitatis viro, episcopus pro eo Eboraci substituitur.[8] Ceadwalla rex Gewissorum ducem Suth-Saxonum Beorhthunum occidit, et provinciam illam gravi servitio subegit. Deinde

A. D. 686. Wilfrith receives the see of Hexham. John succeeds Bosa at York.

Beorhthun slain by Ceadwalla. Subjugation of Sussex.

---

[1] H. E. IV. 26. Sax. Chron.
[2] H. E. V. 2.
[3] H. E. IV. 26.
[4] *Gewissorum*] of the West Saxons. See Lappenberg's England, I. p. 109, *note*.
[5] H. E. IV. 15. Sax. Chron.
[6] Sax. Chron. See Lappenberg's England, I. p. 258, *note*.
[7] H. E. V. 19. Eddii Vita S. Wilfridi, § 43.
[8] H. E. V. 3.

Ceadwalla and Mul ravage Kent. Ceadwealla takes and bestows the Isle of Wight on Wilfrith.

idem ipse et frater suus Mul Cantiam depopulantur.[1] Post hæc rex ipse Ceadwalla cepit Vectam insulam, quæ eatenus erat tota idolatriæ dedita, et licet necdum in Christo regeneratus, quartam partem ejus, id est, ccc. familias, Wilfrido episcopo utendum pro Domino obtulit: qua accepta, et Berwino[2] suo nepoti commendata, Verbi ministros eidem insulæ destinavit.[3]

Cuthberht returns to Farne Island.

Duobus annis in episcopatu peractis, vir Domini Cuthberhtus episcopus, divino admonitus oraculo, insulam Farne repetiit.[4]

Death of Eadric king of Kent.

Defuncto Edrico Cantuariorum rege, regnum illud, per aliquod temporis spatium, reges dubii vel externi disperdidere.[5]

A. D. 687. Mul burnt. Devastation of Kent.

Ceadwallæ regis West-Saxonum fratrem Mul et XII. milites ejus flammis injectos, Cantuarienses atrociter in ipsa Cantia combusserunt; unde rex Ceadwalla, ira commotus, rursum Cantiam devastat.[6]

Death of St. Cuthberht:

Reverendissimus pater Cuthberhtus, indictione XV., XIII. kalend. Aprilis [20 Mar.], feria IV., in insula Farne obiit; sed corpus illius ad insulam Lindisfarnensium relatum, in ecclesia est tumulatum: cujus episcopatum Wilfrid, Hagustaldensis episcopus, anno uno servavit.[7]

succeeded at Farne by Æthelwold.

Successit viro Domini Cuthberto, in exercenda vita solitaria, vir venerabilis Æthelwoldus, cujus meritum et vita qualis fuerat, innumera declarant ab eo patrata miracula.[8]

St. Kilian bishop of Würzburg,

[Sanctus Kilianus Scottus, de Hibernia insula natus, Wirziburgensis episcopus, clarus habetur.]

---

1 H. E. IV. 15.

2 *Berwino.*] According to Beda his name was Bernwini; the Saxon version of the H. E. has Berhtwine.

3 H. E. IV. 16.

4 *Repetiit.*] See Beda, Vita S. Cuthb., where his return to Farne is placed in 635, on which see Stevenson's note in Opera Minora, p. 114.

5 H. E. IV. 16.

6 Sax. Chron.

7 H. E. IV. 29.

8 Ib. V. 2.

Abeunte Ceadwalla Romam, suscepit imperium Ini de stirpe regia, qui monasterium, quod Glæstingebyrig dicitur, construxit:[1] cujus pater Cenred, cujus pater Ceolwald, cujus pater Cutha, cujus pater Cuthwine, cujus pater Ceaulin. Ordinatus est pro Cuthberhto Eadberhtus, vir scientia scripturarum divinarum, simul et præceptorum cœlestium observantia, ac maxime eleemosynarum operatione insignis.[2] Benedictus Biscop et Sigefridus abbates, diutina infirmitate lassati, in lectum ambo sternuntur: unde mox, inito cum fratribus consilio, Benedictus acciit abbatem Ceolfridum, quem monasterio beati Pauli Apostoli præfecerat, eumque abbatem utriusque monasterii constituit, indictione prima, IV°. iduum Maiarum die [12 Maii]. Eodem anno venerabilis ac Deo dilectus abbas Sigefridus, inductus in refrigerium sempiternæ quietis, introiit in domum regni cœlestis, in holocaustis perpetuæ laudationis XI. kalend. Septembris, [22 Aug.] Sabbato. Defuncto Putta Herefordensi episcopo, Tyrhtel successit.

A. D. 688.

Ceadwalla retires to Rome: succeeded by Ine, who refounds Glastonbury.

Eadberht succeeds St. Cuthberht.

Benedict appoints Ceolfrith abbot of Wearmouth and Jarrow.

Death of Sigefrith.

Vitiorum victor et virtutum patrator egregius, Benedictus Biscop, post longæ caminum infirmitatis, in qua Deo semper agere gratias solebat, II. idus Januarii [12 Jan.] requiem lucemque vitæ cœlestis adiit. Pontificatum agente Sergio, Ceadwalla West-Saxonum rex baptizatus est die sancto Sabbati Paschalis [10 Apr.]; defunctus est autem ibidem sub die XII°. kalen. Maiarum [20 Apr.], feria tertia, indictione II., qui vixit annos plus minus triginta; cujus epitaphium, jubente Sergio papa, sic ponitur:

A. D. 689.

Death of Benedict Biscop.

Baptism and death of Ceadwalla.

[1] *Glæstingebyrig .... construxit.*] H. E. v. 7. Sax. Chron. 'Et monasterium quod dicitur Abbendona, quod prius vir nobilis Cissa et rex Ceadwala inceperunt, perfecit.' *L. add.*

[2] H. E. IV. 29.

Culmen, opes, sobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuvias, proceres, mœnia, castra, lares,
Quæque patrum virtus, etc.[1]

A. D. 690. Death of archbishop Theodore.

Theodorus, beatæ memoriæ archiepiscopus, anno ætatis suæ LXXXVIII°., episcopatus autem XXII°. defunctus est, die kalendarum Octobrium XIII°. [19 Sept.], feria secunda.

Scandens alma novæ fœlix consortia vitæ,
Civibus angelicis junctus in arce poli.[2]

Archipræsules Doruvernensis ecclesiæ, huc usque Romani: postmodum extitere Anglici.[3]

A. D. 691. Wilfrith expelled from Hexham is made bishop of the Middle Angles. Bosel bishop of the Hwiccas succeeded by Oftfor.

Wilfridus Hagustaldensis episcopus denuo accusatus, ab Alhfrido rege et plurimis episcopis præsulatu est pulsus; qui mox ad regem Merciorum Æthelredum secessit, et ab eo Mediterraneorum Anglorum episcopatum accepit.[4] Quo tempore Bosel, antistes provinciæ Wicciorum, tanta erat corporis infirmitate depressus, ut officium episcopatus per se implere non posset; propter quod, omnium judicio, vir singularis meriti ac sanctitatis eximiæ Oftfor, qui in monasterio Hild abbatissæ presbyteri gradu diu functus est, sed tunc in supradicta provincia verbum fidei prædicavit, in episcopatum pro eo electus, ac, jubente rege Æthelredo, per Wilfridum, beatæ memoriæ antistitem, ordinatus est episcopus; quia Theodorus archiepiscopus jam defunctus erat, et necdum alius pro eo ordinatus est episcopus.[5]

Wihtræd and Swæbheard reign in Kent.

Wihtred, filius Ecgberti regis Cantuariorum, confortatus in regno, religione

[1] *Patrum virtus, etc.*] For the whole epitaph see H. E. v. 7. where it is given entire. See Stevenson's note to Beda, v. 7, and Lappenberg's England, I. p. 261.

[2] H. E. v. 8.

[3] Sax. Chron.

[4] Eddius § 43—46. H. E. v. 19.

[5] H. E. IV. 23.

simul et industria gentem suam ab extranea invasione liberavit; cum quo rex Sueabheardus partem regni tenuit.[1]

A. D. 692. Willibrord sent to Germany: Venerandus et cum omni honorificentia nominandus Ecgbertus, natione Anglus, qui in Hibernia insula, pro adipiscenda in cœlis patria, vitam duxit peregrinam, cum ad prædicandum in Germaniam venire vellet nec valeret, divina sibi voluntate obsistente,[2] misit illo in opus Verbi viros sanctos et industrios, in quibus eximius Willebrordus presbyteri gradu et merito præfulgebat; quos gratanter dux Francorum Pippinus senior suscepit, et ad prædicandum in citeriorem Fresiam misit. (preaches in Friesland.) Horum secuti exempla, duo presbyteri Hewaldi nominati, de natione Anglorum, venerunt ad provinciam Antiquorum Saxonum, ut ibi aliquos prædicando Christo adquirerent: sed ut cognoverunt barbari quod essent alterius religionis, illos rapuerunt, et v°. nonarum Octobrium martyrizaverunt.[3] (Murder of the two Hewalds in Old Saxony.) Willebrordus, data sibi a principe Pippino licentia prædicandi, ivit Romam, ut cum licentia Sergii papæ evangelizandi opus iniret; qui cum sui voti compos esset effectus, ad prædicandum rediit.[4] (Willebrord goes to Rome.) Bryhtwaldus, qui erat abbas in monasterio quod juxta ostium aquilonale fluminis Genlade[5] positum Raculf[6] nominatur, vir scientia Scripturarum imbutus, sed et ecclesiasticis simul ac monasterialibus disciplinis summe instructus, pro Theodoro in episcopatum est electus.[7] (Bryhtwald succeeds archbishop Theodore.) Defuncto Oftforo Wicciorum episcopo, sanctus Ecgwinus pro eo præsu- (St. Ecgwine succeeds Oftfor bishop of the)

---

1 H. E. IV. 26.

2 Ib. v. 9.

3 *Martyrizaverunt.*] Ib. v. 10, where a circumstantial account of the martyrdom of the two Hewalds is given.

4 H. E. v. 11.

5 *Genlade.*] Now the Inlade.

6 *Raculf.*] Reculver.

7 H. E. v. 8. Sax. Chron.

Hwiccas; founds the abbey of Evesham.

latum suscepit, et post annorum curricula paucorum, licentia juvamineque regis Æthelredi, monasterium quod Eovesham[1] dicitur construere cœpit.

A. D. 693. Bryhtwald consecrated. Tobias consecrated to the see of Rochester. Beda made a deacon.

Brihtwaldus ordinatus est a Godwino, metropolitano episcopo Galliarum, III°. die kal. Juliarum [29 Jun.], Dominica; qui inter multos quos ordinavit antistites, etiam, Gebmundo Hrofensis ecclesiæ præsule defuncto, Tobiam pro illo consecravit.[2] Beda monachus gradum diaconatus a Johanne Eboracensi episcopo suscepit.[3]

A. D. 694. Ine makes peace with Kent.

Cantwarienses, facta pace cum Ine West-Saxonum rege, $\overline{\text{III}}$.DCC.L. libras illi dedere; quia, ut prælibavimus, Mul germanum suum combussere.[4]

A. D. 695. The corpse of St. Æthelthryth found entire.

Beatæ virginis Ætheldrithæ corpus post XVI. annos sepulturæ, cum veste qua involutum est, incorruptum reperitur.[5]

A. D. 696. Willebrord ordained archbishop of the Frisians.

Rogatu Pippini Francorum ducis, sanctus Willebrordus, de Britannia natus, genere Anglus, a Sergio papa Fresonum genti, die natalis beatissimæ Ceciliæ virginis [22 Nov.], archiepiscopus ordinatus est.[6]

A. D. 697. St. Guthlac enters the monastery at Repton.

Sanctus Guthlacus, cum ætatis suæ XXIV. peregisset annos, pompis abrenuncians sæcularibus, relictisque suis omnibus, monasterium Hrypandun[7] adiit, ibique, sub abbatissa nomine

---

1 *Eovesham.*] Evesham.

2 H. E. v. 8.

3 Ib. v. 24.

4 *Combussere.*] The mulct, according to two MSS. of the Saxon Chronicle, was 30,000 pounds; two other MSS. have 30,000 only, without mention of the kind of money. Ethelwerd has '30,000 solidi, per singulos constanti numero sexdecim nummis'; according to Malmesbury it was 30,000 mancuses, which, at 8 to the pound, are equal to the sum stated by Florence. One MS. of the Chronicle, it may be observed, reads 'xxx. manna,' which may not improbably be an intended correction, by an ignorant scribe, of an earlier MS., where it stood xxx. man., *i. e.* mancusa.

5 H. E. IV. 19.

6 Ib. v. 11.

7 Repton in Derbyshire, the

Alfthrytha, tonsuram et clericalem habitum suscepit. Osthrytha, regis Merciorum Æthelredi regina, a Suthhimbrensibus occiditur.[1]

Murder of Osthryth queen of Mercia.

Beati Cuthberhti corpus, transactis sepulturæ ejus annis XI., incorruptum, quasi hora eadem defuncti, simul cum veste qua tegebatur depositionis ejusdem die invenitur; sicque de terra levatur, novo amictu involvitur, nova in theca reconditur, et supra pavimentum sanctuarii ponitur. Nec mora, Deo dilectus antistes Eadberhtus, morbo correptus acerbo, non multo post, id est, pridie nonas Maias [6 Maii], etiam ipse migravit ad Dominum; cujus corpus in sepulchro beati Cuthberhti ponentes, apposuerunt desuper arcam, in qua incorrupta ejusdem patris membra locaverant.[2] Successit Eadberhto in episcopatum vir Domini Eadfridus.[3]

A. D. 698. Disinterment of St. Cuthberht.

Death of bishop Eadberht.

Succession of Eadfrith.

Beatissimus vir Guthlacus, die kal. Septembrium VIII°. [25 Aug.], insulam Cruland pervenit, ibique vitam anachoreticam ducere cœpit.[4]

A. D. 699. St. Guthlac retires to Crowland.

[Beda, in libro 'De Temporibus,' in anno quo eum condidit, ita perhibet, "Si vis nosse quot sint anni ab incarnatione Domini juxta Dionysium, scito quot fuerint indictionum ordines, utpote in præsenti, anno V°. Tiberii, XLVI.; hos multiplica per XV., fiunt DC.XC., adde semper regulares XII., quia quarta indictione, secundum Dionysium, natus est Dominus, et indictionem anni illius cujuscunque volueris, utpote in præsenti, unam, fiunt septingenti tres. Isti sunt anni Domini juxta Dionysium:" Hæc Beda.]

---

burial place and residence of some of the Mercian princes. See Felix, Vita S. Guthlaci in Acta SS. Bened. 11 April.

[1] H. E. v. 24. Sax. Chron.

[2] H. E. IV. 30.

[3] *Eadfridus.*] To this prelate Beda inscribed his prose Life of S. Cuthbert; he was the writer of the fine copy of the Gospels in the Cottonian Library (Nero D. IV.) known as the Durham Book, and was bishop of Lindisfarne from 698 to 721.

[4] Felix, Vita S. Guthl.

A. D. 704. Æthelred king of Mercia becomes a monk: succeeded by Cenred. Beda takes priest's orders.

Æthelredus Merciorum rex, XXX°. anno regni sui monachus factus, Cynredo suo fratrueli regnum dedit.[1] Venerabilis monachus Beda, per ministerium sancti Johannis Eboracensis episcopi, jubente Ceolfrido suo abbate, gradum presbyteratus suscepit.[2]

A. D. 705. Alhfrith king of Northumbria dies: succeeded by Osred.

Alhfrith rex Northanhimbrorum in Driffelda XIX. kalend. Januarii [14 Dec.] defunctus est, anno regni sui XX°. necdum impleto; cui succedens in imperium filius suus Osred, puer octo circiter annorum, regnavit annis XI.; cujus regni principio antistes Occidentalium Saxonum Hædde cœlestem migravit ad vitam; quo defuncto, episcopatus provinciæ illius in duas parochias divisus est, una data Danieli,[3] altera Aldelmo,[4] abbati monasterii quod Maildulfi Urbem[5] nuncupant; ambo in rebus ecclesiasticis et in scientia Scripturarum sufficienter instructi.[6] Saxulfus Merciorum episcopus vita quoque decessit.[7] Sanctus Aldelmus a beato Brihtwaldo Dorubernensi archiepiscopo ordinatur episcopus.[8]

Bishop Hædde dies; his diocese (Wessex) divided between Daniel and Aldhelm.

Saxulf bishop of the Mercians ob. Aldhelm ordained bishop.

A. D. 707. Beda commences his literary labours.

Beda, XXX°. ætatis suæ anno, gradu presbyteratus accepto, libros suos incepit facere, in quibus componendis XXIX. annis laboravit.[9]

A. D. 708. Cenred king of Mercia and Offa king of the East Saxons become monks at Rome.

Cynred rex Merciorum, et Offa rex Orientalium Saxonum, filius Sigheri regis, eorundem relictis uxoribus, agris, cognatis et patria, propter Christum et propter Evangelium, Romam vene-

[1] *Regnum dedit.*] H. E. v. 24. Sax. Chron. Æthelred died abbot of his own foundation at Bardeney.

[2] H. E. v. 24.

[3] *Danieli.*] Winchester.

[4] *Aldelmo.*] Sherburne.

Maildulfi Urbem.] Malmesbury.

[6] *Sufficienter instructi.*] H. E. v. 18. Sax. Chron. See Stevenson's note in H. E. § 409.

[7] Sax. Chron.

[8] *S. Aldelmus . . . . episcopus.*] *Add.* from *L. and editt.* H. E. v. 18. The passage is not in *C.*

[9] *Beda . . . . . laboravit.*] This passage, which, from the inaccuracy of its date, is apparently an interpolation, is supplied from *L.* and the editions. It is not in *C*

runt, ibique attonsi ac monachi facti, ad limina Apostolorum in precibus, jejuniis, et eleemosynis, usque in diem ultimum permanserunt; sicque ad visionem beatorum Apostolorum in cœlis diu desideratam pervenerunt.[1] Cum quibus et sanctus Ecgwinus Wicciorum episcopus, rogatus ab eis, Romam venit, et ut monasteriam, quod in territorio Wigornensi construxerat, ab improborum irruptione securius redderet, epistolam privilegii a papa Constantino petiit et impetravit.

Ecgwine bishop of the Hwiccas accompanies them.

Successit Cynredo in regnum Ceolred, filius Æthelredi regis, qui ante ipsum Cynredum idem regnum tenebat.[1] Sanctus Aldelmus, West-Saxonicæ provinciæ antistes, vir undecunque doctissimus, migravit ad Dominum; pro quo pontificatum suscepit Forthredus, vir et ipse in scripturis sacris multum eruditus.[2]

A.D. 709. Ceolred succeeds in Mercia. Death of Aldhelm.

Wilfridus sanctis meritis et nomine magnus,
Jactatus multis per tempora longa periclis,
Quindecies ternos postquam egit episcopus annos
Transiit, et gaudens cœlestia regna petivit.

Death of Wilfrith.

Cujus corpus in primo suo monasterio, quod dicitur In-Hripum,[3] in ecclesia beati Petri Apostoli, est honorifice tumulatum.[4] Quo defuncto, Acca presbyter ejus, vir strenuissimus, coram Deo et hominibus magnificus, cantor peritissimus, in literis sacris doctissimus, in catholicæ fidei confessione sanctissimus, castissimus, in ecclesiasticæ institutionis regulis solertissimus, ac Deo dilecti Bosæ Eboracensis episcopi quondam

---

[1] H. E. v. 19. a.709.

[2] *Forthredus . . . . . eruditus.*] H. E. v. 18. Forthredus is an error for Fortherus.

[3] *In-Hripum.*] Ripon.

[4] H. E. v. 19. The lines given above, extracted from his epitaph, read with some variations in Beda: viz. l. I. "Wilfridus hic magnus requiescit corpore præsul;" l. 2. "nimium" for "multis."

alumnus, Hagustaldensi ecclesiæ præsulatum suscepit.[1]

A. D. 710. Berhtfrith defeats the Picts. Ine defeats Gerente king of the Britons. Death of Adrian.

Berhtfrith regis Osredi præfectus cum Pictis pugnavit, et victor extitit.[2] Gewissorum rex bellicosus Ine, et Nun suus propinquus, cum Gerente Britonum rege bellum gessere, victumque in fugam vertere.[2] Reverendissimus pater Adrianus, monasterii beati Petri Apostoli abbas, est defunctus, et in eodem monasterio sepultus; cui successit in regimine discipulus suus Albinus, qui non minus Græcæ et Latinæ quam Anglicæ linguæ, quæ sibi erat naturalis, extitit peritus.[3] Defuncto Tyrhtello Herefordiæ præsule, successit Torhthere.[4]

A. D. 714. Death of St. Guthlac.

Anachorita probatissimus Deique sacerdos fidelissimus, dilectæ Christi virginis Pegiæ germanus, innumerabilium virtutum patrator Guthlacus, indictione XII., quarto lumine festi Paschalis III. idus Aprilis [11 Apr.] animam ad gaudia perpetuæ emisit exultationis; cui Cissa qui diu paganis ritibus deditus erat, sed post baptismum in Britannia perceperat, successit.[5]

A. D. 715. Gregory II. pope.

[Gregorius papa LXXXVIII. annis XVII. mensibus X. Hic erat vir castus et sapiens, qui Bonifacium, genere Anglum, ordinavit episcopum sedi Moguntinæ,[6] per quem Germania verbum salutis suscepit.] Ine rex West-Saxonum, et Ceolred rex Merciorum, in loco qui Wodnesbeorh dicitur, pugnaverunt.[2]

Battle of Wodnesbeorh.

A. D. 716. Ecgberht reforms the celebration of Easter, &c. at Iona. Cenred succ-

Vir Domini Ecgberhtus, cujus supra meminimus, Iienses monachos ad catholicum Pascha et ecclesiasticam correxit tonsuram. Osredo occiso, Cenred, magnifici viri Cuthwini filius, guberna-

---

[1] H. E. v. 20. Sax. Chron.

[2] Sax. Chron.

[3] H. E. v. 20.

[4] *Defuncto . . . . . Torhthere.*] Wanting in *L. and editt.*

[5] Sax. Chron. Felix, Vita S. Guthl.

[6] *Moguntinæ.*] Of Mentz.

cula regni Northanhymbrorum suscepit.[1] Rex Merciorum Ceolred defungitur, et Licetfeld sepelitur; post quem Æthelbaldus, consobrinus suus, filius videlicet Alweonis, patruelis scilicet patris sui regis Æthelredi, ut ei prophetico spiritu sanctus prædixerat Guthlacus, regnum nanciscitur.[2] Æthelredus, quondam rex Merciorum, post autem abbas Bardoniensis cœnobii, quod ipse construxit, e seculo migravit, et æternæ felicitatis, serenitatis, ac lucis gaudia intravit. Magnæ vir sanctitatis et religionis, Ceolfridus abbas, VII°. kal. Octobrium die [25 Sept.], feria VI., apud Lingonas,[3] Burgundionum civitatem, peregrinus obiit, et in ecclesia sanctorum martyrum geminorum, Speusippi, Eleusippi, et Meleusippi, sepultus est. Erat autem quando obiit annorum LXXIV.; presbyterii gradu functus annis XLVII., abbatis officium ministrans annis XXXV.[4]

ceeds in Northumbria. Death of Ceolred king of Mercia; succeeded by Æthelbald.

Death of king Æthelred;

of abbot Ceolfrith.

A. D. 717.

Sanctus Ecgwinus, tertius Wicciorum episcopus, transivit ad Dominum, indictione XV., III°. kalend. Januarium die [30 Dec.], feria V.; pro quo Wilfridus, religionis vir eximiæ, electus, illo adhuc superstite, præsulatum suscepit Wigorniensis ecclesiæ.

Death of Ecgwine bp. of the Hwiccas; succeeded by Wilfrith.

A. D. 718.

Kenred Northanhymbrorum rex moritur, et Osric in regem elevatur.[5] Ingils frater Inæ regis West-Saxonum vitæ modum fecit; quorum sorores extitere sancta Cuenburh, et sancta Cuthburh, quæ monasterium virginum Deo devotarum, in loco qui dicitur Winburnan, construxit. Hanc autem Aldfrith rex Northanhymbrorum in conjugem habuit, sed ante finem suæ vitæ connubio carnalis copulæ ambo pro Dei amore renunciavere.[6]

Death of Cenred king of Northumbria: succession of Osric. Death of Ingils brother of Ine: their sister Cuthburh founds Winburne abbey.

---

[1] H. E. v. 22.
[2] Sax. Chron. Vita Guthl.
[3] *Lingonas.*] Langres.
[4] Vit. Abb. Wirem.
[5] H. E. v. 23.
[6] Sax. Chron.

A. D. 721. Daniel bp. of Winchester goes to Rome. Ine slays Cynewulf. Death of St. John of Beverley:

Daniel Wentanæ civitatis episcopus Romam ivit. Eodemque anno rex Ine clitonem Cynewlfum occidit. Sanctus Johannes, Eboracensis ecclesiæ episcopus, cum præ majore senectute minus episcopatui administrando sufficeret, ordinato pro se Wilfrido presbytero suo, secessit ad monasterium suum, quod dicitur 'In Sylva Deirorum,' ibique vitam in Deo digna conversatione complens, cœlestia nonis Maii [7 Maii] conscendit.[1] Eadfridus Lindisfarnensis episcopus obiit, cui Mailrosensis abbas et presbyter Æthelwoldus successit.

of Eadfrith bp. of Lindisfarne: succeeded by Æthelwold.

A. D. 722. Queen Æthelburh destroys Taunton. Battle with the South Saxons.

Æthelburh regina castrum Tantun dictum penitus destruxit, quod prius rex Ine construxit, qui eodem anno cum Australibus Saxonibus pugnavit.[2]

A. D. 725. Death of Wihtræd king of Kent.

Wihtred rex Cantwariorum, filius Ecgberhti, IX°. die kal. Maiarum [23 Apr.] obiit, et regni, quod per XXXIV. semis annos tenebat, filios tres, Æthelberhtum, Eadberhtum, et Alricum, reliquit hæredes.[3] Rex Ine denuo cum Suth-Saxonibus pugnans, clitonem Aldbrihtum, quem prius de West-Saxonia expulerat, occidit.[2] [Hoc anno Beda computator 'Minorem Computi Librum' componit, ipso ita teste. 'Si vis nosse per annos singulos quot sint epactæ, sume annos Domini juxta Dionysium quotquot fuerint, utputa in præsenti octava indictione, DCC.XXV., partire per decem et novem; decies novies triceni D.LXX.; decies novies octoni CL. dipondius, remanent tres: hos item multiplica per XI.[4] fiunt XXXIII.; tolle XXX. remanent tres. Istæ sunt epactæ anno præsenti.' Hæc Beda.]

Ine slays the ætheling Ealdbryht.

Beda composes his 'Minor Computi Liber.'

---

[1] H. E. v. 6. Sax. Chron.
[2] Sax. Chron.
[3] H. E. v. 23.
[4] *Hos. . . . .* XI.] Both MSS. and editt. erroneously read XIX. Beda himself has XI. See Opera, edit. Giles, t. VI. p. 249; also Marianus, Cod. Vatic.

A.D. 726. Death of Tobias bp. of Rochester: succeeded by Aldwulf.

Tobias Hrofensis ecclesiæ præsul defunctus est, qui ita Græcam cum Latina didicit linguam, ut tam notas ac familiares sibi eas quam nativitatis suæ, id est Anglicæ, loquelam haberet; cui successit Aldulfus.[1]

A.D. 728. Ine leaves his kingdom to Æthelheard and retires to Rome.

Relicto imperio, ac Æthelhardo, de prosapia Cerdici regis oriundo, commendato, rex Ine ad limina beatorum Apostolorum, Gregorio pontificatum agente, profectus est, cupiens in vicinia sanctorum locorum ad tempus peregrinari in terris, quo familiarius a sanctis recipi mereretur in cœlis.[2] Eodem anno prœliati sunt rex Æthelhardus et Oswaldus clito, filius Æthelbaldi, filii Cynebaldi, filii Cuthwini, filii Ceaulini.[3]

Battle between Æthelheard and Oswald.

A.D. 729. Two comets.

Mense Januario cometæ duo circa solem apparuere, et duabus ferme septimanis permansere.[4] Quo anno sanctus vir Domini Ecgbertus, cujus sæpe meminimus, ipso die Paschæ, quod VIII°. kal. Maiarum die [24 Apr.] celebrabatur, migravit ad Dominum.[5] Et mox, peracto Pascha, hoc est, VII. idus Maii [9 Maii], Osric rex Northanhymbrorum vita decessit, et fratrem Kynredi regis, qui ante se regnaverat, Ceolwlfum hæredem sibi fecit;[4] ad quem Beda, famulus Christi, presbyter et monachus, Historiam Gentis Anglorum Ecclesiasticam scripsit. Ceolwlfus extitit filius Cuthæ, qui fuit Cuthwini, qui fuit Ecgwaldi, qui fuit Aldhelmi, qui fuit Occæ, qui fuit Idæ, qui fuit Eoppæ.[3]

Death of Ecgberht.

Death of Osric king of Northumbria: succeeded by Ceolwulf.

A.D. 730. Death of the ætheling Oswald.

Oswaldus clito vir strenuissimus defunctus est.[3]

A.D. 731. Death of abp. Brihtwald:

Brihtwaldus archiepiscopus, longa consumptus ætate, die v°. iduum Januariarum [9 Jan.] obiit.

---

[1] *Aldulfus.*] H. E. v. 23. Post quem episcopatus officium Alduulf, Berhtwaldo Dorovernensi archiepiscopo consecrante, suscepit. *Editt.*

[2] H. E. v. 7.

[3] Sax. Chron.

[4] H. E. v. 23.

[5] Ib. v. 22.

Gregorius papa obiit III. idus Februarii [11 Feb.].

succession of Tatwine.

Pro Brihtwaldo Tatwine, presbyter monasterii quod vocatur Briudun,[1] de provincia Merciorum, archiepiscopus consecratus est in Doruvernensi civitate, a Daniele Wentano, et Ingualdo Lundoniensi, et Aldwino Licetfeldensi, et Aldwlfo Hrofensi antistitibus, die x°. Junii mensis, Dominica; vir religione et prudentia insignis, sacris quoque literis nobiliter instructus.

Bishops and their sees enumerated.

Anno adventus Anglorum in Britanniam circiter CC.LXXXII°., ecclesiis Cantwariorum Tatwine et Aldwlf episcopi præfuerunt; porro provinciæ Orientalium Saxonum, Inguald episcopus; provinciæ Orientalium Anglorum, Eadberht et Hathulac episcopi; provinciæ Occidentalium Saxonum, Daniel et Fortheri episcopi; provinciæ Merciorum, Aldwine episcopus; et eis populis qui ultra amnem Sabrinam ad occidentem habitant, Walhstod episcopus; provinciæ Huicciorum, Wilfridus episcopus; provinciæ Lindisfarorum, Kyneberht præfuit; episcopatus Vectæ Insulæ ad Danielem pertinet, episcopum Wentæ civitatis. Provincia Australium Saxonum, jam aliquot annis absque episcopo manens, ministerium sibi episcopale ab Occidentalium Saxonum antistite quæsivit. Hæ omnes provinciæ, cæteræque australes ad confinium usque Humbræ fluminis, cum suis quæque regibus, Merciorum regi Æthelbaldo subjectæ fuerunt. At vero provinciæ Northanhymbrorum, cui rex Ceolwlf præfuit, quatuor episcopi præsulatum tenuerunt: Wilfridus in Eboracensi ecclesia, Æthelwoldus in Lindisfarnensi, Acca in Hagustaldensi, Pectelmus in ea quæ Candida Casa vocatur. Britones, magna ex parte, Anglorum servitio mancipati fuere.[2]

---

[1] *Briudun.*] Bredon in Worcestershire.

[2] H. E. v. 23.

Eclipsis facta est solis XVIII. kal. Septembris, circa horam diei tertiam, ita ut pæne totus orbis solis quasi nigerrimo et horrendo situ videretur esse coopertus.[1] Hagustaldensis episcopus Acca præsulatu pulsus est.[2] A. D. 733. Eclipse of the sun. Expulsion of Acca bp. of Hexham.

Luna sanguineo rubore perfusa quasi hora integra, II. kal. Februarii [31 Jan.], circa gallicantum, dehinc, nigredine subsequente, ad lucem propriam visa est reversa.[3] Doruvernensis archiepiscopus Tatwine III. kal. Augusti [30 Jul.] de sæculo migravit;[4] cui Nothelmus, ecclesiæ Lundoniensis presbyter, in archiepiscopatus officium successit. Sacerdos venerabilis, monachus per omnia laudabilis, computator mirabilis, Beda sanctissimus, secundum Anglicas chronicas, anno præsenti, secundum vero suum discipulum Cuthberhtum, qui ejus obitum descripsit, suæque decessioni cum aliis quamplurimis interfuit, anno sequenti, ante Ascensionem Dominicam IV. feria, id est VIII. kal. Junii [25 Maii], circa horam X. in magna mentis devotione et tranquillitate, ultimum e corpore spiritum efflavit, sicque gaudens ad regna cœlestia migravit.[5] Hic suæ gentis quamplurima gesta hucusque luculento descripsit sermone, unumque temporalis vitæ modumque terminavit historiæ.[6] Nos vero, Deo aspirante, ab ejus vitæ fœlici exitu, prout Anglicarum chronicarum reperimus textu, fideliumque virorum credibili relatu, vel quæ nos ipsi indubitata audivimus, vel quædam quæ oculis aspeximus, amodo fideliter notata, fidelium successorum relinquenda dignum duximus memoriæ. A. D. 734. Wonderful aspect of the moon. Death of abp. Tatwine: succession of Nothelm. Death of Venerable Beda.

[1] *Coopertus.*] The true date of this eclipse is XIX. kal. Sept. or 14 Aug.

[2] *Acca . . . . pulsus est.*] Sax. Chron. For an account of this prelate see H. E. v. 20.

[3] Contin. ad Bedam. Sax. Chron.

[4] Sax. Chron.

[5] *Migravit.*] Beda ob. 27 May, 735. See H. E., edit. E. H. S. p. xiv.

[6] *Historiæ.*] For an account

A. D. 735. Pehthelm bp. of Whiterne ob.: Frithowald succeeds.

Pectelmus Candidæ Casæ præsul obiit, cui Frithowaldus in pontificatus regimen successit.

A. D. 736. Nothelm abp. of Cant. receives the pall.

Nothelmus Doruvernensis archiepiscopus, a Gregorio octogesimo nono papa pallium suscepit.

A. D. 737. Forthere bp. of Sherburne and Frithogyth q. of Wessex go to Rome.

Episcopus Sciréburnensis ecclesiæ Fortherus, et Frithogitha Occidentalium Saxonum regina, Romam perrexere.[1]

A. D. 738. K. Ceolwulf abdicates; Eadbryht succeeds.

Ceolwlfus rex Northymbrorum, regni gubernaculo relicto, et Eadbrihto patrueli suo, Eatæ scilicet filio, tradito, monachus efficitur.[2]

A. D. 739. Æthelwold bp. of Lindisfarne and Acca of Hexham ob.; Cynewulf and Frithoberht succeed.

Æthelwoldus Lindisfarnensis, et Acca Hagustaldensis præsules, morti debita persolvunt, et Æthelwoldo Cynewlfus,[1] Accæ vero Frithoberhtus succedunt.

A. D. 741. Death of Æthelheard k. of Wessex; succession of Cuthred. Abp. Nothelm ob.; succession of Cuthberht. Aldwulf bp. of Rochester ob.; succession of Dunn.

Æthelhardus West-Saxonum rex obiit, cui propinquus suus Cuthredus in regnum successit, qui regem Merciorum Æthelbaldum frequenter bello lacessivit. Nothelmo Doruvernensi archiepiscopo XVI. kal. Novembris [17 Oct.] defuncto, Cuthbertus, qui quintus erat Herefordensis episcopus, archiepiscopatum suscepit.[1] Mortuo quoque Hrofensi episcopo Aldwlfo, Dunn consecratus est pro eo.[3]

A. D. 743. Æthelbald and Cuthred fight with the Britons. Wilfrith bp. of the Hwiccas ob.; succeeded by Milred. St. Boniface abp. of Mentz.

Æthelbaldus Mercensium, et Cuthredus Occidentalium Saxonum reges cum Britonibus pugnavere.[1] Wilfrido Hwicciorum episcopo de hac vita subtracto, Milredus successit. [Sanctus Bonifacius Moguntinus archiepiscopus clarus habetur.] Visæ sunt stellæ quasi de cœlo cadere.

---

of Beda's death see abbot Cuthberht's letter to Cuthwine in H. E. p. xiv. edit. E. H. S. and Stevenson's note ib.

[1] Sax. Chron.

[2] Sax. Chron. Sim. Dunelm. a. 737.

[3] *Dunn . . . . pro eo.*] Sax. Chron. cui in episcopatum Herefordensem Podda successit. *Add. alia manu.*

A. D. 744. [Sanctus Bonifacius Fuldam monasterium in solitudine Bochonia inchoavit.] Wilfridus junior, Eboracensis ecclesiæ pontifex, III. kalen. Maii [29 Apr.] hominem exuit, et Ecgberhtus, regis Ædberhti frater, archiepiscopatus insigni sublimatur.[1] Daniel episcopus civitatis Wentanæ, longa jam venerabilis ætate, sponte præsulatu dimisso, in eadem civitate recedit, et Hunfridus pro eo episcopatum suscepit.

St. Boniface founds the monastery of Fulda. Wilfrith bp. of York ob.; succeeded by Ecgberht as abp. Daniel bp. of Winton resigns, succeeded by Hunfrith.

A. D. 745. Daniel, anno XLIII°. ex quo episcopatus officium suscepit, post multiplices cœlestis militiæ agones, migravit ad Dominum.[2]

Bp. Daniel ob.

A. D. 746. Rex East-Saxonum Selredus occiditur.

Selred k. of Essex slain.

A. D. 748. Kynricus Occidentalium Saxonum clito interficitur. Eadberhtus rex Cantuariorum defungitur, suusque frater Æthelberhtus in regnum constituitur.[2]

The ætheling Cynric slain. Eadberht k. of Kent ob.; succession of Æthelberht.

A. D. 750. [Pippinus, decreto Zachariæ papæ, a Bonifacio Moguntino archiepiscopo ungitur in imperatorem; et ob id post papam secundus habetur episcopus Moguntinus.[3]] Cuthredus, rex Occidentalium Saxonum, cum duce animosissimo Æthelhuno pugnavit.[2]

Pepin anointed emperor by Boniface. Battle between Cuthred and Æthelhun.

A. D. 752. Anno regni sui XII°., Cuthredus West-Saxonum, et rex Merciorum Æthelbaldus, juxta Beorhtforda, satis durum commisere prœlium.[2]

Battle of Burford.

A. D. 753. Cuthredus rex denuo cum Britonibus pugnans, ex eis quamplurimos interfecit.[2]

Cuthred defeats the Britons.

---

[1] *Sublimatur.*] The continuation of Beda and Simeon of Durham place the death of archbishop Wilfrith in 745.

[2] Sax. Chron.

[3] *Episcopus Moguntinus.*] This transaction, however well attested by the early chroniclers, has by some of the French critics been called in question; though M. Michelet mentions it as an undoubted fact: he says, "Quatre ans avant sa mort (751), il (Boniface) avait sacré roi Pépin au nom du pape de Rome, et transporté la couronne à une nouvelle dynastie." Histoire de France, t. II. p. 15. edit. de Bruxelles. See also Dr. Lingard's valuable 'History and Antiquities of the Anglo-Saxon Church,' vol. II. p. 349. edit. 1845, and the authorities there cited.

A. D. 754. Cuthred ob.; succession of Sigeberht. Hunfrith bp. of Winton ob.; succession of Cyneheard. Canterbury burnt.

Cuthredus rex West-Saxonum obiit, et suus propinquus Sigebertus filius Sigerici successit. Defuncto Wentanæ civitatis præsule Hunfertho, Cinehardus pro eo episcopatum suscepit. Dorubernia igne consumpta est.[1]

A. D. 755. Martyrdom of St. Boniface. Sigeberht king of Wessex expelled by Cynewulf; slain.

[Sanctus Bonifacius archiepiscopus, prædicans verbum Dei in Fresia, passus est cum aliis martyribus, nonis Junii [5 Jun.]]. Cynewlfus, de prosapia Cerdici regis oriundus, auxilium sibi ferentibus West-Saxonicis primatibus, regem illorum Sigebertum, ob multitudinem suorum iniquorum factorum, regno exterminavit, et loco ejus regnavit; unam tamen provinciam, quæ Hantunscire dicitur, eidem concessit, quam tamdiu tenuit quoadusque ducem Cumbranum, qui cæteris diutius secum manserat, injuste peremisset. Postmodum vero ab ipso rege Cynewlfo quæritur, et in saltum, qui lingua Anglorum Andred nominatur, expellitur; ubi dum diu moratur, in vindictam necis præfati ducis, a quodam subulco juxta Pryfetes-flodan lancea perforatur. Idem rex Cynewlfus Britones sæpissime prœliis detrivit permaximis.[1]

Æthelbald king of Mercia slain. Usurpation and death of Beornred: Offa succeeds.

Rex Merciorum Æthelbaldus in Secceswalde occiditur, corpusque ejus Hreopedune deportatur, ibidemque tumulatur; cujus regnum Beornredus tyrannus invasit, et per modicum tempus in parva lætitia et jocunditate tenens, regnum cum vita perdidit: quo mortuo, successit in regnum nepos patruelis Æthelbaldi regis Merciorum Offa, filius videlicet Thingferthi, filii Eanwlfi, filii Osmodi, filii Eoppæ,[2] filii Wybbæ,[3] patris regis Pendæ.[4]

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Eoppæ.*] Sax. Chron. Eawa; Flor. Geneal. Eowa.

[3] The authorities vary between Wybba and Pybba: the former is most probably correct.

[4] *Pendæ.*] Sax. Chron. Defuncto Wita Licetfeldensi præsule, successit Hemele. *Add. alia manu.*

A. D. 756. [Lullus archiepiscopus[1] post Bonifacium successit annis XXXII.]

Lullus succeeds Boniface.

A. D. 757. Eadberhtus rex Northymbrensium, amore cœlestis patriæ, imperium reliquit, tonsuramque sancti Petri Apostoli accepit, et filius suus Oswlfus regimen regni suscepit; et uno anno regnans, IX. kalend. Augusti [24 Jul.] a Northymbrensibus occiditur.[2]

Eadberht king of Northumbria becomes a monk; Oswulf succeeds; is slain.

A. D. 758. Cuthberhtus Doruvernensis archiepiscopus VII. kal. Novembris [26 Oct.] vitæ modum fecit.[2] His temporibus, Orientalibus Saxonibus Swithredus, Australibus Saxonibus Osmundus, Orientalibus Anglis Beorna, reges præfuerunt.

Death of Cuthberht archbishop of Canterbury:

A. D. 759. Breogwinus post Cuthberhtum, die festivitatis sancti Michaelis, archiepiscopus ordinatur. Moll Æthelwold regnum Northanhymbrorum suscepit.[2]

Breogwine succeeds. Æthelwold Moll succeeds in Northumbria.

A. D. 760. Æthelberhtus rex Cantuariorum obiit; et Ceolwlfus, monachus religiosissimus, rex Northymbrorum quondam gloriosissimus, ad æternæ lucis gaudia transivit.[3]

Death of Æthelberht k. of Kent, and of Ceolwulf.

A. D. 761. Hoc anno hiems asperrima extitit; et Moll rex Northymbrensium, VIII. idus Augusti [6 Aug.], juxta Clivum Edwini, clitonem quendam nobilissimum Oswinum occidit.[2]

The ealdorman Oswine slain.

A. D. 762. Breogwinus archiepiscopus ecclesiæ Cantwariensis vitæ finem dedit IX. kal. Septembris [24 Aug.]; cui successit Ianbrihtus[2] Sancti Augustini abbas.

Death of Breogwine abp. of Canterbury; succession of Ianbriht.

A. D. 763. Ianbrihtus, die Purificationis sanctæ Mariæ [2 Feb.], in archiepiscopum levatur. Eodemque anno Frithowaldus Hwiternensis ecclesiæ antistes nonis Maii [7 Maii] defungitur; pro quo Pechtwinus XVI. kal. Augusti [17 Jul.], in re-

Death of Frithowald bishop of Whiterne; succeeded by Pehtwine.

---

[1] *Archiepiscopus.*] Of Mentz.

[2] Sax. Chron.

[3] Sax. Chron. Defuncto Hemele Licetfeldensi episcopo, successit Cuthfridus. *Add. alia manu.*

gione quæ dicitur Ælfete consecratus, episcopatu fungitur.[1]

A. D. 764. Ianbriht receives the pall.

Ianbrihtus archiepiscopus a papa Paulo, Stephani papæ sui prædecessoris germano, pallium suscepit.[1]

A. D. 765. Moll abdicates; Alhred succeeds.

Moll regnum Northanhymbrorum dimisit, et Alhredus filius Eanwini successit, qui fuit Byrnhom, qui fuit Bofa, qui fuit Bleacman, qui fuit Ealric, qui fuit Idæ.[2]

A. D. 766. Ecgberht abp. of York ob.; Æthelberht succeeds. Frithoberht bp. of Hexham dies; Alhmund succeeds.

Ecgberhtus, Eboracensis archiepiscopus XIII. kal. Decembris [19 Nov.] Eboraci obiit, cui successit Æthelberhtus. Frithoberhtus Hagustaldensis episcopus vita decessit, cui Alhmundus successit.

A. D. 768. Death of king Eadberht.

Eximiæ religionis monachus Eadbrihtus, quondam rex Northanhymbrorum nobilissimus, XIII. kal. Septembrium [20 Oct.] defunctus est,[1] ac in eadem porticu in qua frater suus Ecgberhtus archiepiscopus jacet tumulatus est.[3]

A. D. 774. Wonderful appearance in the heavens. Battle of Otford. Prodigy in Sussex.

Rubicundi coloris signum, in crucis modum, in cœlo apparuit post solis occasum. Merci et Cantuarienses apud Ottanfordam prœliati sunt. In provincia Australium Saxonum visi sunt serpentes aspectu horribiles valdeque mirabiles.[4]

Alhred king of Northumbria expelled: succeeded by Æthelberht.

Festi Paschalis tempore [3 Apr.] Northhymbrenses regem suum Alhredum, Molli regis successorem, Eboraco expulere, filiumque ejusdem regis Molli, Æthelberhtum, in regem levavere.[5]

---

[1] Sax. Chron.

[2] Flor. Geneal.

[3] *Tumulatus est.*] A. D. 769. Defuncto Cuthfrido Licetfeldensi episcopo, successit Berhtunus. A. D. 773. Sigga Sealesiensis ecclesiæ præsule defuncto, successit Alubrihtus. *Add. alia manu.*

[4] *Merci . . . . mirabiles.*] Sax. Chron. a. 773, according to one or two MSS., while five concur with Florence in placing these events under 774. At Otford the Mercians were victorious: 'clade horrenda utrinque peracta, belli successibus Offa clarus effulsit.' H. Hunt. a. 773.

[5] *Æthelberhtum . . . . levavere.*] Sax. Chron., where this prince is named Æthelred, and so by Simeon.

A. D. 775. Milred bp. of the Hwiccas ob.; succession of Wermund.

Hwicciorum episcopus Milredus obiit,[1] cui in pontificatus officium Wermundus successit.

A. D. 777. Pehtwine bp. of Whiterne ob.

Pechtwinus Candidæ Casæ præsul XIII°. kal. Octobris [19 Sept.] obiit.[2]

A. D. 778. Æthelberht k. of Northumbria expelled; succeeded by Alfwold. Battle of Bensington. Wermund bp. of the Hwiccas ob.; succeeded by Tilhere. Æthelberht ordained bp. of Whiterne.

Æthelberhto a Northhymbrensibus regno expulso, Alfwoldus regnum Northanhymbrorum suscepit.[3] Cynewlfus rex West-Saxonum, et Offa rex Merciorum, propter Benesingtun, grave gessere prœlium, sed Offa victor existens, eandem villam cepit et possedit.[4] Hwicciorum episcopus Wermundus obiit, et abbas Tilherus illi successit. Æthelberhtus ad Candidam Casam, XVII. kal. Julii [15 Jun.], episcopus Eboraci ordinatur.[3]

A. D. 779. Alhmund bp. of Hexham ob.; Tilberht succeeds. Higbald succeeds Cynewulf at Lindisfarne. Alfwold sends for the pall for Eanbald.

Hagustaldensis episcopus Alhmundus VII. idus Septembris [7 Sept.] obiit, pro quo Tilbertus VI. nonas Octobris [2 Oct.] ordinatur;[5] et Higbaldus pro Cynewlfo, apud Soccabirig, Lindisfarnæ episcopus consecratur. Rex Alfwoldus, pro petendo pallio Eanbaldi, legatos Romam misit, ad Adrianum papam.[3]

A. D. 781. Tilhere bp. of the Hwiccas ob.; Heathored succeeds. Æthelberht abp. of York ob.; Eanbald succeeds. Synod at Ockley. Cynewulf bp. of Lindisfarne,

Hwicciorum præsule Tilhero defuncto, Heathoredus pro illo functus est episcopatus officio. Æthelberhtus Eboracensis archiepiscopus, Ecgberhti successor, obiit, cui Eanbaldus in archiepiscopatum successit,[6] qui fuit discipulus Alhwini, magistri Karoli imperatoris. Synodus apud Acleam celebratur: et Cynewlfus Lindis-

---

[1] Sax. Chron. a. 772.

[2] *Pechtwinus .... obiit.*] The Saxon Chronicle and *L.* place the death of Pehtwine in 776; Simeon concurs with Florence.

[3] Sax. Chron.

[4] Sax. Chron. a. 777.

[5] *Ordinatur.*] Three MSS. of the Saxon Chronicle concur in placing the death of bishop Alhmund under a. 779; the rest assign it to 780; Simeon records it under 781.

[6] *Successit.*] Sax. Chron. Sim. Dunelm. a. 780. In the list of archbishops of York at the end of Florence, the successor of Ecgberht and predecessor of Eanbald is named Cœna.

and queen Wereburh ob.

farnensis episcopus, et Wereburh Ceolredi, quondam regis Merciorum, regina, obierunt.[1]

A. D. 784. Murder of Cynewulf king of Wessex.

Kinewlfus, rex Occidentalium Saxonum, clitonem Cinehardum, regis videlicet Sigeberti germanum, suo de regno cum moliretur expellere, contigit illum villam, quæ Anglice Meretun dicitur, causa mulieris cujusdam, cum paucis adiisse. Quo cognito, suos clito conglobavit illico, illoque festinus cum magno properavit gaudio: quo cum venisset, omnesque alto sopori deditos invenisset, cameram, in qua rex dormiens jacebat, spissim circumvallare suis præcipiebat. Quod rex ut comperit, strato prosilit, arma arripit, ostium cameræ aperit, et pugnando se impugnantibus viriliter resistit: viso tandem clitone, in illum protinus irruit, eumque oppido vulneravit; cujus milites hoc videntes, simul omnes in regem insurrexere, vulneratumque interfecere. Exclamat mulier præ timore et dolore, impletque cameram flebili clamore. Accurrit paucitas militum, regem videt occisum, quem paulo ante reliquerat vivum: quapropter iræ stimulis exagitata perplurimum, evaginatis machæris, in ejus interfectores magnum facit impetum. At illos clito allocutus blandissime, promittit cuique non modicum pecuniæ, promittit etiam vivere, si ab incœptis velint desistere. Illi vero promissa spernunt, cœptis insistunt; sed omnes, excepto uno Britonico obside nimis vulnerato, occidunt. Mane autem, morte regis audita, dux ipsius Osricus sibi amicissimus, et Wiferthus ejus minister fidelissimus, cum omnibus quos rex pridie domi reliquerat, citatim advolarunt; sed fores cunctas seratas invenerunt; quas dum moliuntur effringere, ad eos clito accedens intrepide, aurum,

[1] Sax. Chron. a. 782. Sim. Dunelm. a. 783.

argentum, dignitates, juxta suum velle, spondet se eis daturum libenti animo, si se regali sublimare velint solio; intimat etiam eis, secum esse quamplurimos illis germanitate conjunctos, qui nullo pacto se abjicere, sed secum velint mori et vivere. At illi, spretis promissis, cognatos summopere rogitant, ut, abjecto suo domino, incolumes ad se quantocius exeant; quibus illi respondentes, dixerunt, 'Quod nobis offertis, sociis cum rege occisis prius obtulimus vestris, verum sicut illi nostræ petitioni noluerunt acquiescere, ita et nos hac in re vestræ nolumus obtemperare.' His auditis, illi propius accedunt, portas effringunt, sepes diruunt, et clitonem cum suis omnibus, numero LXXXIV., interficiunt, excepto solo duntaxat ducis filiolo, oppido tamen vulnerato. Corpus præfati regis Wintoniam humandum deportatur; clitonis vero in monasterio quod Axanmynster dicitur tumulatur.[1]

In loco qui lingua Anglorum Cealchythe dicitur, litigiosa facta est synodus, et idcirco modicam portionem suæ parochiæ archiepiscopus amisit Iainberhtus.[2] Defuncto Berhtuno Dorcestrensi episcopo, Hygebrihtus ab Offa rege Merciorum in episcopatum est electus; et Ecgferthus, ejusdem regis natus, rex est consecratus.[3]

A. D. 785. Council of Cealchythe. Berhthun bp. of Dorchester ob.; Hygebriht succeeds. Ecgferth consecrated king of Mercia.

---

[1] *Tumulatur.*] Sax. Chron., where, from its insertion immediately after the record of Cynewulf's accession a. 755, it seems evidently a later interpolation.

[2] *Iainberhtus.*] The Council of Cealchythe was held for the purpose of establishing an independent archiepiscopal see for the kingdom of Mercia, when Lichfield was chosen as the place, and Higeberht as the first metropolitan, within whose province were comprised all the sees between the Thames and the Humber. The locality of the council is unknown: Dr. Lingard supposes it may be Chelsea, which was called Chelcethe as late as the end of the fifteenth century. Sax. Chron. Wilkins' Concilia, I. pp. 152, 164.

[3] *Consecratus.*] Sax. Chron. A. D. 786. Defuncto Podda Herefordensi episcopo, successit Ecca. *Add. alia manu.*

A. D. 787. Brihtric king of Wessex marries Eadburh. First landing of the Danes.

Filiam Offæ regis Eadburgam duxit uxorem Occidentalium Saxonum rex Brihtricus; cujus tempore Danici piratæ tribus cum navibus Angliam adiere. Quorum adventus dum regis præposito nunciatus fuisset, eos cum paucis festinus adiit; cumque penitus ignoraret qui essent vel unde venissent, invitos ad regiam minare villam molitus est; sed mox ab eisdem occisus est. Hi primi fuerunt qui de Dania Angliam adierunt.[1]

A. D. 788. Synod at Finchale.

Synodus apud Pincanhale in Northymbria IV. nonas Septembris [2 Sept.] celebratur.[2]

A. D. 789. Murder of Alfwold king of Northumbria; succession of Osred.

Rex Northanhymbrorum Alfwoldus a quodam viro Sigan nomine, IX. kal. Octobris [23 Sept.] injuste perimitur, et in ecclesia sancti Petri Hagustaldæ sepelitur; in cujus loco occisionis sæpius cœlitus emissa lux apparuit immensa. Successit autem illi in regnum nepos suus Osredus, regis Alhredi filius.[1]

A. D. 790. Abp. Ianbriht ob.; succeeded by Æthelheard. Osred expelled. Æthelred succeeds.

Iainberhtus Dorubernensis archiepiscopus II. idus Augusti [12 Aug.] defunctus est, cui successit Æthelhardus. Osredo a Northymbrensibus regno expulso, Æthelredus frater Alfwoldi regnum recepit.[1]

A. D. 791. Beadwulf bp. of Whiterne.

Beadwlfus XVI. kal. Augusti [17 Jul.] Candidæ Casæ præsul ordinatur.[1]

A. D. 792. Murder of Osred.

Osredus, quem Northymbrenses regno expulerant, capitur, et XVIII. kal. Octobris [14 Sept.] injuste occiditur, et in monasterio ad ostium Tinæ fluminis[3] sepelitur.[1]

A. D. 793. Murder of Æthelberht king of the East Angles.

Gloriosissimus ac sanctissimus rex Orientalium Anglorum Ægelberhtus, vero Regi Christo bonarum virtutum merito acceptabilis, omnibus blando

---

[1] Sax. Chron. Defuncto Higberto Licetfeldensi episcopo, successit Aldulfus. *Add. alia manu.*

[2] *Synodus.... celebratur.*] Sax. Chron. Simeon places the Synod of Finchale under a. 787. Defuncto Kynehardo Wintoniæ præsule, Æthelhardus ex abbate Meldunæ successit. *Add. alia manu.*

[3] *Ostium Tinæ fluminis.*] Tynemouth.

alloquio affabilis, Offæ, præpotentis regis Merciorum, detestanda jussione, suæque conjugis Cynethrythe reginæ nefaria persuasione, regno vitaque privatus est capitis abscisione:[1] sed injuste peremptus terrisque exemptus, magno tripudio angelorum, rex et martyr intravit curiam spirituum beatorum. Ordinatio Æthelhardi archiepiscopi XII. kal. Augusti [21 Jul.].

Rex Northymbrorum Æthelredus III. kal. Maii [29 Apr.] a suis interficitur; unde Ceolwlfus, Lindisfarnensis ecclesiæ episcopus, et Ædboldus antistites de regno illo exierunt. Eadberhtus, qui et Pren, super Cantuarios regnare cœpit. Offæ regi Merciorum, IV. kal. Augusti [29 Jul.] defuncto, filius ejus Ecgferthus in regni gloriam successit, et C.XLI. diebus regnavit, eodemque anno vitam finivit;[2] cui vir magnificus et sancta sobole fœlix, Cenulfus successit, qui in pace, justitia, et pietate, regni gubernacula rexit.[2]

A. D. 794. Murder of Æthelred king of Northumbria. Eadberht Præn in Kent. Death of Offa; succession of Ecgferth; of Cenwulf.

Kenulfus rex Merciorum totam pene Cantiam devastavit, et eorum regem Pren cepit, ligatumque in Merciam secum duxit.[3]

A. D. 796. Cenwulf ravages Kent; captures Eadberht Præn.

Corpus Sanctæ Wihtburgæ virginis, filiæ Annæ regis Orientalium Anglorum, et sororis sanctarum virginum Sexburgæ, Æthelburgæ, ac Ætheldrythæ, sine corruptione inventum est, post annos fere LV. ex quo apud villam quæ Dyrham vocatur humatum est.[4] Huicciorum episcopus Heathoredus obiit, pro quo electus et consecratus est Deneberhtus.

A. D. 798. The body of St. Wihtburh found uncorrupted. Heathored bp. of the Hwiccas ob.; succession of Deneberht.

Dorubernensis archiepiscopus Æthelhardus, et

A. D. 799. Æthelheard abp. of Cant. and Cyne-

---

[1] Sax. Chron. a. 792.

[2] Sax. Chron.

[3] *Duxit.*] Defuncto Eadberto Legecestrensi episcopo, successit Unwona. *Add. alia manu.* Florence omits to mention the cruelties inflicted by Cenwulf on his captive, viz. that his eyes were put out and his hands cut off. See Sax. Chron.

[4] Sax. Chron. a. 797.

berht bp. of Winton go to Rome. Cyneberhtus Wentanæ civitatis pontifex, Romam adierunt.[1]

A. D. 800. Death of Brihtric king of Wessex; succession of Ecgberht. Battle between the Mercians and the men of Wiltshire. Rex Occidentalium Saxonum Brihtricus obiit,[2] et Ecgberhtus successit. Eodem vero die quo rex Brihtricus vita decessit, contigit Merciorum ducem Æthelmundum de Mercia cum suis exiisse, vadumque, quod lingua Anglorum Cymeresford[3] nominatur, transisse; cujus adventu cognito, Wiltoniensium dux Weohstanus cum Wiltoniensibus ascendit contra eum; commissoque gravi prœlio, multi ex his et ex illis ceciderunt, amboque duces occisi corruerunt, victoriam vero Wiltonienses habuerunt.[1] Alhmund of Northumbria slain. Alhmundus, filius Alhredi regis Northymbrorum, occiditur.

A. D. 802. Hicgbald bp. of Lindisfarne, and Wermund bp. of Rochester ob.; succession of Ecgberht and Beornmod. Hicgbaldus Lindisfarnensis episcopus obiit, pro quo Ecgbertus electus, ab Eanbaldo, Eboracensi archiepiscopo, III. idus Junii [11 Jun.] consecratur. Wermundo Hrofensis ecclesiæ præsule defuncto, Beornmodus consecratur pro eo.[1]

A. D. 803. Abp. Æthelheard ob.; succession of Wulfred. Æthelhardus Dorubernensis archiepiscopus obiit, cui Wulfredus successit.[1]

A. D. 804. Wulfred receives the pall. Wulfredus archiepiscopus a papa Leone pallium suscepit.[1]

A. D. 805. Dedication of the church of St. Alban. K. Cuthred, Heabriht, & Ceolburh ob. Ecclesia sancti Albani dedicatur hoc anno, kal. Decembris [1 Dec.], indictione XIII. Rex Cantuariorum Cuthredus, et Heabrihtus comes, et Ceolburga abbatissa[1] de Beorclea obierunt.

A. D. 812. Abp. Wulfred and Wigberht bp. of Sherburne go to Rome. Wulfredus Doruvernensis archiepiscopus, et Wiberhtus Sciréburnensis ecclesiæ præsul, Romam perrexerunt.[1]

A. D. 813. Return of abp. Wulfred. Ecgberht ravages W. Wales. Wulfredus archiepiscopus, cum benedictione sancti papæ Leonis, ad sui præsulatus sedem revertitur. Eodem anno Ecgberhtus rex West-Saxonum Occidentales Britones ab orientali eorum termino devastavit.[1]

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Brihtricus obiit.*] See p. 76.

[3] *Cymeresford.*] Cynemæresford. Sax. Chron.

A. D. 816. The English School at Rome burnt.

Anglorum Schola Romæ igne cremata est.[1]

A. D. 819. Death of Cenwulf king of Mercia; succession and murder of Cenhelm; succession of Ceolwulf. Ecgberht bp. of Lindisfarne ob.; succession of Heathored.

Rex Merciorum S. Kenulphus, post multa bona quæ in sua vita gessit opera, ad beatitudinem quæ in cœlis est transivit perennem, filiumque suum Kenelmum[2] septennem regni reliquit hæredem. Sed paucis mensibus evolutis, germanæ suæ Quendrythæ insidiis, cujus sævam conscientiam dira cupido regnandi armarat, ausu crudelitatis ab Asceberhto, nutritore suo cruentissimo, in vasta sylvaque nemorosa sub arbore spinosa occulte traditur jugulo; verum qui solo teste cœlo est jugulatus, cœlo teste per columnam lucis postmodum est revelatus. Absciditur caput Kenelmi natalis et innocentiæ candore lacteum; unde lactea columba aureis pennis evolat in cœlum:[3] post cujus fœlix martyrium, Ceolwlfus regnum suscepit Merciorum.[4] Defuncto Ecgberto Lindisfarnensi episcopo, Heathoredus successit.

A. D. 821. Ceolwulf expelled; succeeded by Beornwulf.

Rex Merciorum Ceolwlf regno expellitur,[4] et Beornwlfus in regnum suscipitur.

A. D. 822. Council of Clovesho. Deneberht bp. of Worcester ob.; succession of Heaberht.

Duces robustissimi Burhelmus et Muca occiduntur: et synodus in loco qui dicitur Cloveshoo celebratur.[5] Deneberhtus Wicciorum episcopus obiit, cui Heaberhtus successit.

A. D. 823. Battle at Gafulford.

Britones in loco qui dicitur Gafulford a Domnaniensibus cæsi sunt. Rex Occidentalium Sa-

---

[1] *Cremata est.*] Sax. Chron. See Lappenberg's England, I. p. 204. Defuncto Wigberhto Sciréburnensi præsule, successit Alhstanus. *Add. alia manu.*

[2] *Kenelmum.*] Sanctum Kenelmum. *L.*

[3] *Cœlum.*] See Vita S. Kenelmi, July 17. The Chronicle omits all mention of Cenhelm.

[4] Sax. Chron. Wendover, I. p. 273.

[5] *Cloveshoo celebratur.*] The Council of Clovesho was convened by archbishop Cuthberht, by order of pope Zachary, for the reformation of the morals of the Anglo-Saxon clergy. At this council thirty-two canons were drawn up, having for their object the reform of the clerical and monastic bodies, the greater uniformity and regularity of public worship, and the encouragement of piety and devotion. See Lingard, A.-S. Church, I. pp. 124, 385.

Battle of Ellandun.

xonum Ecgbrihtus, et rex Merciorum Beornwlfus, in Ellandune, id est, in Monte Ealle, pugnam iniere; sed, facta strage non modica, Ecgbrihtus potitur victoria. Unde mox filium suum Æthelwlfum, et Ealhstanum Sciréburnensem episcopum, suumque ducem Wulfhardum, cum magno exercitu, Cantiam direxit; qui statim ut illo venerunt, regem ejusdem provinciæ Baldredum regno expulerunt. Posthæc Cantuarienses, Suthregienses, Australes Saxones, Orientales Saxones,[1] sponte se regi dederunt Ecgbrihto; ex cujus propinquorum manibus prius extorti, extraneorum regum ditioni per aliquot annorum curricula inviti sunt subacti. Orientales Angli simul cum suo rege legatarios miserunt ad regem West-Saxonum Ecgbrihtum, supplicantes ut patronus illis et fortis esset murus contra infestationem et impetum Mercensium; qui petitioni illorum acquievit, et se libenter eos adjuturum in omnibus spopondit. Verum hæc Beornwlfus rex Merciorum vili pendens, exercitum collegit non modicum, illorumque fines hostiliter intravit, atque neci optimum quemque tradere festinavit: contra quem rex eorum cum suis ascendit, initoque prœlio, illum cum maxima parte sui exercitus interfecit;[2] cui propinquus suus Ludecan in regnum successit.[3]

Expulsion of Baldred king of Kent.

Submission of Kent, Surrey, Sussex, and Essex to Ecgberht.

The East Anglians seek Ecgberht's protection against Mercia.

Beornwulf king of Mercia slain;

succeeded by Ludecan.

A. D. 825.

Ludecan king of Mercia slain;

Rex Merciorum Ludecan, sua militia coadunata, ad ulciscendum prædecessorem suum, regem Beornwlfum, in Orientalium Anglorum provinciam movit exercitum; cui provinciales illi cum rege suo festinato occurrerunt, consertoque gravi prœlio, illum et quinque duces ejus exer-

---

[1] *Orientales Saxones.*] Orientales Angli. *Edd.* East-Seaxe. Sax. Chron.

[2] Sax. Chron.

[3] *Successit.*] Defuncto Aldulfo Licetfeldensi episcopo, successit Herewinus. *Add. alia manu.*

citus, cum aliis quam pluribus occiderunt, reliquos vero fugaverunt: in regni autem gloriam ei Wiglaf successit.[1] succeeded by Wiglaf.

A. D. 827.

Sacrosancta nocte Dominicæ Nativitatis facta est eclipsis lunæ.[2] Et eodem anno rex Occidentalium Saxonum Ecgbrihtus, expulso regno Wiglafo, regnum Merciorum suo subjecit imperio. Deinde suam movit expeditionem ultra Humbræ flumen: cui Northymbrenses, in loco qui Dore vocatur, occurrentes pacifice, ei concordiam humilemque subjectionem obtulere; et sic ab invicem divisi sunt magna mentis alacritate. Hic idem rex Ecgbrihtus, octavus quidem in regibus gentis Anglorum, cunctis australibus eorum provinciis, quæ Humbræ fluvio et contiguis ei terminis sequestrantur a borealibus, imperavit. Nam primus imperium hujusmodi Ælle, rex Australium Saxonum; secundus Celin, rex Occidentalium Saxonum, qui lingua ipsorum Ceaulin vocabatur; tertius Æthelberhtus, rex Cantuariorum; quartus Redwald, rex Orientalium Anglorum, qui etiam vivente Æthelberhto eidem suæ genti ducatum præbebat, obtinuit; quintus Edwine, rex Northanhymbrorum gentis, id est, ejus quæ ad borealem Humbræ fluminis plagam inhabitant, majore potentia cunctis qui Britanniam incolunt, Anglorum pariter et Britonum populis præfuit, præter Cantuarios tantum; necnon et Mevanias Britonum insulas, quæ inter Hiberniam et Britanniam sitæ sunt, Anglorum suscepit imperio; sextus Oswald, et ipse Northymbrorum rex Christianissimus, eisdem finibus regnum tenuit; septimus Oswiu, frater ejus, æqualibus pene terminis regnum nonnullo tem-

Eclipse of the moon.
Subjection of Mercia and Northumbria.
Ecgberht eighth Bretwalda.
The preceding Bretwaldas.

---

[1] *Successit.*] Defuncto Ecca Herefordensi episcopo, successit Ceadda. *Add. alia manu.*

[2] *Eclipsis lunæ.*] The eclipse happened the 25th Dec. 828.

pore coercens; Pictorum quoque atque Scottorum gentes quæ septentrionales Britanniæ fines tenent, maxima ex parte perdomuit, ac tributarias fecit;[1] octavus, ut diximus, extitit rex Ecgbrihtus; cujus, ut fertur, regni tempore ortus est beatus Swithunus nobili parentum stirpe, qui transactis annis puerilibus, a sancto Helmstano, præsule Wintoniensis ecclesiæ, sacris est gradibus attitulatus:[2] cui etiam rex Ecgbrihtus filium suum commendavit Æthelwlfum litteris sacris erudiendum.

St. Swithin born.

A. D. 828. Rex Wiglaf regnum Merciorum recepit.[3] Heathoredo Lindisfarnensi episcopo defuncto, Ecgredus successit. Ecgbrihtus rex West-Saxonum in terram Septentrionalium Britonum exercitum duxit, et eos, licet invitos, suo dominio subjugavit.[3]

Wiglaf restored in Mercia. Heathored bp. of Lindisfarne ob.; Ecgred succeeds. Ecgberht subdues the North Welsh.

A. D. 829. Dorubernensis archiepiscopus Wulfredus obiit.[3]

Wulfred abp. of Cant. ob.

A. D. 830. Ceolnothus in gradum archiepiscopatus electus et consecratus est.[3]

Succeeded by Ceolnoth;

A. D. 831. Ceolnothus archiepiscopus a Gregorio papa pallium suscepit.[3]

he receives the pall.

A. D. 832. Danici piratæ, inhiatores prædæ, Sceapege deprædati sunt.[3]

The Danes plunder Shepey.

A. D. 833. Rex Occidentalium Saxonum Ecgbrihtus apud Carrum cum XXXV. navibus piratarum pugnavit, sed, strage magna facta, Dani potiti sunt victoria.[3]

Ecgberht defeated at Charmouth.

A. D. 835. Dani multa cum classe in Occidentalium Britonum terram, quæ Curvalia[4] vocatur, appulerunt; cum quibus Britones fœdus paciscuntur, et eos secum ducentes, fines regni Ecgbrihti regis depopulantur. Quod ille audiens, festinanter copiam militum coadunavit, et in loco qui dicitur

The Danes land in Cornwall.

Battle of Hengestesdun.

---

[1] H. E. II. 5. Sax. Chron.

[2] *Attitulatus.*] Insignitus. *Editt.*

[3] Sax. Chron.

[4] *Curvalia.*] *r.* Cornwallia, Cornwall.

Hengestes-dune, id est, Mons Hengisti, cum eis certamen iniit, ex quibus multos trucidavit, reliquos vero fugavit.[1]

Ecgbrihtus rex Occidentalium Saxonum obiit, quem Offa rex Merciorum, et Brihtricus rex West-Saxonum, antequam rex effectus esset, de Anglia expulerunt; qui Franciam adiit, ibique per triennium[2] mansit; inde Angliam rediit, et, mortuo Brihtrico, regni gubernacula, ut prælibavimus, suscepit; cujus post mortem filius suus Athulfus in West-Saxonia regnare cœpit, suumque filium Æthelstanum Cantuariis, East-Saxonibus, Suthregiis, et Suth-Saxonibus regem præfecit.[3]

A. D. 836. Death of Ecgberht. Succession of Æthelwulf.

Wulfhardus dux apud Hamtun cum XXXIV. navibus piratarum prœlium gessit, et ex eis multam stragem dedit, victorque extitit, nec multo post vita decessit. In regione quæ vocatur Port cum Danis prœlium iniit dux Athelmus, Dorcestrensibus auxilium sibi ferentibus, eosque diu fugere compulit, sed tamen in ipsa fuga ab eis vulneratus occubuit; Danicus vero miles victoriam habuit.[3] Rege vero Athulfo regnante, S. Helmstanus episcopus vita decessit, cui jussu regis beatus Swithunus successit.

A. D. 837. The Danes defeated at Southampton; defeat Æthelhelm on Portland. Helmstan, bishop of Winton, ob.: Swithin succeeds.

Dux Herebrihtus, et cum eo quamplures Merscwariorum, a Danis paganis occisi sunt. Eodemque anno in Lindissi provincia, in East-Anglia, et in Cantia, ab eodem exercitu multi sunt interfecti.[3] Wiglafus rex Merciorum vita decessit, cui in regnum Beorhtwlfus successit.

A. D. 838. Hereberht slain by the Danes. Ravages of the Danes. Wiglaf dies; succeeded by Beorhtwulf.

Eclipsis solis facta est III. nonas Maii[4] [5 Maii], inter octavam et nonam horam, in vigilia

A. D. 839. Eclipse of the sun.

[1] *Fugavit.*] Sax. Chron. Defuncto Unwona Legerecensi episcopo, successit Wærenberhtus. *Add. alia manu.*

[2] See Lappenberg, II. p. 1, *note.*

[3] Sax. Chron.

[4] *Nonas Maii.*] It happened May 5, A. D. 840.

Many slain by the Danes in London, Rochester, &c.

Ascensionis Domini. In Lundonia et in Cwentawic,[1] in civitate quoque Hrofi, sæpe dicti Pagani quamplurimos dederunt neci.

A. D. 840. Æthelwulf defeated by the Danes at Charmouth.

Athulfus rex Occidentalium Saxonum apud Carrum cum XXXV. navibus Danorum commisit prœlium, sed Saxones Danica vicit fortuna.[2]

A. D. 845. The Danes defeated at the mouth of the Parret.

Dux Eanulfus cum Sumersetunensibus, et Ealhstanus Sciréburnensis ecclesiæ episcopus, et dux Osricus cum Dorcestrensibus, ad ostium fluminis Pedridan, cum Danico exercitu pugnantes et ex eis non modicam stragem dantes, victoriæ palmam sunt adepti.[3] Defuncto Ecgredo Lindisfarnensi episcopo, Eanberhtus successit.

Ecgred bp. of Lindisfarne ob.; succession of Eanberht.

A. D. 848. Heaberht bp. of Worcester ob.; Alhhun succeeds.

Defuncto Hwicciorum episcopo Heaberhto, Alhhun successit.

A. D. 849. Ælfred the Great born.

"Anglo-Saxonum rex Ælfredus in illa paga quæ nominatur Berrocescire nascitur, in villa regia quæ dicitur Wanating,[4] quæ paga taliter vocatur a Berroc sylva, ubi buxus abundantissime nascitur: cujus genealogia tali serie contexitur. Ælfred rex, filius Æthelwlfi regis, qui fuit Ecgberhti, qui fuit Ealhmundi, qui fuit Eafæ, qui fuit Eoppa,[5] qui fuit Ingels.[6] Ingels et Ine, ille famosus Occidentalium Saxonum rex, germani duo fuerunt; qui Ine Romam perrexit, et ibi vitam præsentem finiens honorifice, cœlestem patriam cum Christo regnaturus adiit: qui

His descent.

---

[1] *Cwentawic.*] Quentavich, the ancient name of St. Josse-sur-Mer, or Estaples. It is to be observed, that, for 'Cwantawic,' one MS. of the Saxon Chronicle reads 'Cantwara-byrig,' and two MSS. 'Cantwic;' which readings, together with its being placed in conjunction with London and Rochester, render it very probable that Canterbury is intended, not the little French sea-port.

[2] *Fortuna.*] Sax. Chron. A. D. 843. Defuncto Herewino Licetfeldensi antistite, Oithelwald successit. *Add. alia manu.*

[3] Sax. Chron.

[4] *In villa . . . . . . nascitur.*] *Add. A. and editt.* wanting in *C.* Wanating is Wantage in Berkshire.

[5] Eowwa *A.*

[6] Ingild *A.*

fuerunt filii Coenred, qui fuit Ceolwald,[1] qui fuit Cutha,[2] qui fuit Cuthwine, qui fuit Ceaulin, qui fuit Cynric, qui fuit Creoda, qui fuit Cerdic, qui fuit Elesa, qui fuit Esla,[3] qui fuit Gewis, a quo Britones totam illam gentem Gegwis nominant, qui fuit Wig, qui fuit Freawine, qui fuit Freothegar,[4] qui fuit Brand,[5] qui fuit Bealdeag,[6] qui fuit Woden, qui fuit Frithowald,[7] qui fuit Frealaf, qui fuit Frithuwulf, qui fuit Finn, qui fuit Godulfi,[8] qui fuit Geata; quem Geatam jamdudum pagani pro deo venerabantur;[9] qui Geata fuit Tætwa,[10] qui fuit Beaw, qui fuit Sceldwea, qui fuit Heremod, qui fuit Itermod, qui fuit Hathra, qui fuit Wala,[11] qui fuit Beaduwig,[12] qui fuit Sem, qui fuit Noæ, qui fuit Lamech, qui fuit Matusalem, qui fuit Enoch, qui fuit Jared,[13] qui fuit Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam. Mater quoque ejusdem Osburh nominabatur, religiosa nimium fœmina, nobilis ingenio, nobilis et genere, quæ erat filia Oslac, famosi pincernæ regis Æthelwulfi; qui Oslac Gothus erat natione; ortus enim erat de Gothis et Jutis, de semine scilicet Stuf et Wihtgar,[14] duorum fratrum et etiam comitum, qui, accepta potestate Vectæ Insulæ ab avunculo suo Cerdic rege et Cynric filio suo, consobrino eorum, paucos Britones ejusdem insulæ accolas, quos in ea invenire potuerunt, in loco qui dicitur Wihtgaraburh[15] occiderunt; cæteri enim accolæ ejus-

Descent of his mother Osburh.

---

[1] Ceolwalde *A.* [2] Cudam *A.*
[3] Qui fuit Esla *omit. A.*
[4] Qui fuit Wig.... Freothegar *omit. A.*
[5] Brond *A.* [6] Belde *A.*
[7] Frithowalde *A.*
[8] Finn ..... Godulfi, *C. A.* Fingodwulf, *male.*
[9] See Grimm, 'Deutsche Mythologie,' pp. 149, 345.
[10] Cætwa *A. editt.*
[11] Hwala *A. bene.*
[12] Bedwig *A.*
[13] Qui fuit Jared *omit. A.*
[14] Wihtzur *A.*
[15] Gwihtgaraburhg *A.*

dem insulæ ante aut occisi erant, aut exules aufugerant."

A. D. 850. Death of St. Wigstan.

Kalendis Junii [1 Jun.], vigilia Pentecostes, Berhtferthus, filius regis Merciorum Beorhtwlfi, suum cognatum injuste peremit S. Wistanum. Hic itaque nepos duorum extitit regum Merciorum; nam pater ejus Wigmundus, Wiglaui regis filius, mater vero Ælfleda Ceolwlfi regis extitit filia. Corpus autem illius ad monasterium tunc temporis famosum, quod Reopedun nominatur, delatum, in mausoleo avi sui regis Wiglaui est tumulatum. Sed illius martyrio cœlestia non defuere miracula; nam de loco in quo innocenter peremptus est, columna lucis usque ad cœlum porrecta, omnibus ejusdem loci incolis per XXX. dies conspicua stabat.[1]

A. D. 851. The Danes defeated at Wicganbeorh. They winter at Shepey; devastate Canterbury and London;

"Ceorl Domnaniæ comes cum Domnaniis contra Paganos pugnavit, in loco qui dicitur Wicganbeorh, et Christiani victoriam habuerunt. Et ipso eodem anno primum hiemaverunt Pagani in insula quæ vocatur Sceapege,[2] quod interpretatur Insula Ovium, quæ sita est in Tamesi flumine inter East-Sæxum et Cantuarios, sed ad Cantiam propior est quam East-Sæxum, in qua monasterium optimum constructum est. Eodem quoque anno magnus Paganorum exercitus cum CCC.L navibus in ostium Tamesis fluminis venit, et Doruberniam, id est, Cantwariorum civitatem, et Lundoniam, quæ est sita in aquilonali ripa Tamesis fluminis, in confinio East-Sæxum et Middel-Sæxum, sed tamen ad East-Sæxum illa civitas cum veritate pertinet, depopulati sunt:

---

[1] *Stabat.*] Defuncto Wærenberhto Legerensi præsule, Rethhunus successit. *A. alia manu.*

[2] *Sceapege.*] 'on Tenet.' Sax. Chron. Shepey is apparently incorrect, as it is said (Sax. Chron. a. 855), 'In this year the heathen men, *for the first time*, remained over winter in Shepey.'

et Beorhtwlfum Merciorum regem, cum omni exercitu suo, qui ad prœliandum contra illos venerat, in fugam verterunt. His ibi ita gestis, idem Paganorum exercitus perrexit in Suthregiam,[1] quæ paga sita est in meridiana Tamesis fluminis ripa ab occidentali parte Cantiæ,[2] et Æthelwlfus West-Saxonum rex, et filius suus Æthelbaldus, cum omni exercitu, in loco qui dicitur Aclea, id est, in Campulo Quercus, diutissime pugnaverunt: ibique cum diu acerrime et animose ex utraque parte pugnatum esset, maxima pars Paganæ multitudinis funditus deleta et occisa est; ita qualiter nunquam in aliqua regione, in una die, ante nec post, ex eis occisam esse audivimus: et Christiani victoriam honorifice tenuerunt, et loco funeris dominati sunt. Eodem quoque anno Æthelstan rex et Ealhere comes magnum Paganorum exercitum in Cantia,[3] in loco qui dicitur Sandwic, occiderunt, et ex navibus eorum novem naves ceperunt: cæteri per fugam elapsi sunt."

defeat Beorhtwulf king of Mercia; an pass into Surrey; are defeated at Ockley, and at Sandwich.

A. D. 852.

Rex Merciorum Beorhtwlfus vita decessit, cui in regnum Burhredus successit.

Beorhtwulf dies; succeeded by Burhred.

A. D. 853.

"Burhredus rex Merciorum per nuntios deprecatus est Æthelwlfum Occidentalium Saxonum regem, ut ei auxilium conferret, quo Mediterraneos Britones, qui inter Merciam et mare occidentale habitant, dominio suo subdere potuisset, qui contra eum immodice reluctabantur. Nec segnius Æthelwlfus rex, legatione ejus accepta, exercitum movens, Britanniam cum Burhredo rege adiit, statimque ut ingreditur gentem illam devastans, dominio Burhredi subdit: quo facto domum revertitur. Eodem anno Æthelwlfus rex præfatum filium suum Ælfredum,

The North Welsh subjected to Burhred. Ælfred sent to Rome,

---

[1] *In Suthregiam,*] In Suthriæ *A. male.*

[2] Cantii *A.*

[3] Cantio *A.*

and there anointed king.

magno nobilium et etiam ignobilium numero constipatum, honorifice Romam transmisit; quem Leo papa, sui patris rogatu, oppido ordinans, unxit in regem, et in filium adoptionis sibimet accipiens, confirmavit. Eodem quoque anno Ealhere comes cum Cantuariis, et Huda cum Suthregiis, contra Paganorum exercitum in insula quæ Saxonice dicitur Tenet, Britannice Ruim, animose et acriter belligeraverunt; et primitus Christiani victoriam habuerunt, prolongatoque diu prœlio, ibidem ex utraque parte plurimi occiderunt, et in aqua mersi suffocati sunt; et comites illi ambo ibidem occubuerunt. Necnon et eodem anno rex Occidentalium Saxonum Æthelwlfus, post Pascha, filiam suam Burhredo Merciorum regi, in villa regia quæ dicitur Cippenham, nuptiis regaliter factis, ad reginam dedit."

Ealhere and Huda slain in Thanet.

Æthelwulf's daughter married to Burhred.

A. D. 854. Eanberht bp. of Lindisfarne ob.; succeeded by Eardwulf.

Defuncto Eanberto Lindisfarnensi episcopo, Eardulfus successit.

A. D. 855. The Danes winter in Shepey. Æthelwulf releases a tenth of his kingdom from royal service and taxation. He goes with Ælfred to Rome.

"Magnus Paganorum exercitus tota hieme in præfata Sceapege insula hiemavit. Eodem anno Æthelwlfus rex decimam totius regni sui partem ab omni regali servitio et tributo liberavit, et in sempiterno graphio in cruce Christi, pro redemptione animæ suæ et antecessorum suorum, uni et trino Deo immolavit.[1] Sicque[2] magno cum honore Romam perrexit, filiumque suum Ælfredum, quem plus cæteris dilexit, iterum in eandem viam

[1] *Immolavit.*] In this grant of Æthelwulf some writers have imagined that they perceived the origin of the introduction of tithes into England; while the language of the charters conveying Æthelwulf's donation (leaving all consideration of their spuriousness out of the question) is so obscure as to render their real object extremely doubtful; but that they bear any reference to tithe, in our sense of the word, seems a supposition wholly void of foundation. For the charters themselves see 'Codex Diplomaticus,' Nos. 270, 271, 275, Wilkins, I. p. 183; also W. Malm. ap. Gale, p. 359, M. Westmon., etc. etc.

[2] *Sicque.*] Eodemque anno *A.*

secum ducens, ibi anno integro remoratus est. Quo peracto, ad patriam suam remeavit, afferens secum Juthittam, Karoli Francorum regis filiam. Interea tamen Æthelwlfo rege ultra mare tantillo tempore immorante, quædam infamia contra morem omnium Christianorum, in occidentali parte Selwudæ orta est. Nam Æthelbald rex, et Ealhstan Scireburnensis ecclesiæ episcopus, Eanwlf quoque Sumurtunensis pagæ comes, conjurasse referuntur, ne unquam Æthelwlf rex, a Roma revertens, iterum in regno reciperetur. Quod inauditum omnibus sæculis ante infortunium, episcopo et comiti solummodo perplurimi reputant, ex quorum consilio hoc factum esse perhibetur: multi quoque regali solummodo insolentiæ deputant; quia et ille rex in hac re, et in multis aliis perversitatibus, pertinax fuit, sicut quorundam hominum relatu audivimus, quod et rei sequentis approbavit effectus. Nam redeunte eo a Roma, prædictus filius regis Æthelwlfi, cum omnibus suis consiliariis, immo insiliariis,[1] tantum facinus perpetrare temptati sunt, ut regem a regno proprio repellerent; quod nec Deus ita fieri permisit, nec nobiles totius Saxoniæ consenserunt; nam ne irremedicabile Saxoniæ periculum, belligerante patre et filio, quin immo, tota cum gente ambobus rebellantibus,[2] atrocius et crudelius per dies singulos quasi clades intestina augeretur; ineffabili patris clementia, omniumque astipulatione nobilium, adunatum antea regnum inter patrem et filium dividitur, et orientales plagæ patri, occidentales filio e contrario deputantur; ubi enim pater justo judicio regnare debuerat, illic iniquus et pertinax filius regnabat; nam occidentalis pars Saxoniæ semper orientali principalior est. Adveniente igitur

Marries Judith.

Æthelbald, Ealhstan, and Eanwulf conspire against Æthelwulf.

The kingdom divided between Æthelwulf and Æthelbald.

[1] Insidiariis *A*. | [2] Rebellante *A*.

Æthelwlfo rege a Roma, tota illa gens, ut dignum erat, in adventu senioris ita gavisa est, ut, si ille permitteret, pertinacem filium suum Æthelbaldum, cum omnibus suis consiliariis, a totius regni sorte expellere vellent. Sed ille, ut diximus, nimia clementia et prudenti consilio usus, ne ad regni periculum perveniret, ita fieri noluit; et Juthittam Karoli regis filiam, quam a patre suo acceperat, juxta se in regali solio, sine aliqua suorum nobilium controversia et odio, usque ad obitum vitæ suæ, contra perversam illius gentis consuetudinem, sedere imperavit. Gens namque Occidentalium Saxonum reginam juxta regem sedere non patitur, nec etiam reginam appellari, sed regis conjugem permittit.[1] Quæ controversia, immo infamia, de quadam pertinaci et malivola ejusdem gentis regina orta est, majoribus nostris sic attestantibus: Fuit in Mercia moderno tempore quidam strenuus rex nomine Offa, cujus filiam nomine Eadburh, Brihtric Occidentalium Saxonum rex, ut prædiximus, sibi in conjugium accepit; quæ mox tyrannice vivere, omnia odibilia Deo et hominibus facere, quos posset ad regem accusare, et sic vita aut potestate per insidias privare: et si a rege illud non posset impetrare, veneno eos cœpit necare. Hoc factum de adolescente quodam regi dilectissimo habetur compertum, quem cum ad regem accusare non posset, veneno eum necavit: de quo veneno etiam præfatus rex Brihtric inscienter gustasse aliquid refertur; neque enim illa venenum dare regi proposuerat, sed puero; sed rex præoccupavit, inde ambo periere." Pro hujusmodi reginæ malitia,

Judith raised to the throne.

Of queen Eadburh.

---

[1] *Permittit.*] As the prohibition regarded the kingdom of Wessex only, at that time under the government of Æthelbald, Æthelwulf could hardly act otherwise than place Judith on his throne, with the title of queen, in a territory where no such prohibition existed.

omnes accolæ illius terræ conjuraverunt, ut nullum unquam regem super se regnare permitterent, qui reginam in regali solio juxta se sedere imperare vellet. "Defuncto igitur Brihtrico rege, cum regina inter Saxones diutius esse non posset, ultra mare navigans, cum innumerabilibus thesauris, Karolum, illum famosissimum Francorum regem, adiit: ad quam, cum ante solarium multa regi offerens dona staret, Karolus ait, 'Elige, Eadburh, quem velis, me aut filium meum, qui in isto solario stat mecum.' At illa, sine deliberatione, stulte respondens, ait, 'Si mihi electio conceditur, filium tuum, in quantum te junior est, eligo.' Karolus illi respondens, et subridens, ait, 'Si me eligeres, filium meum haberes; sed quia filium meum elegisti, nec me nec illum habebis.' Dedit ei tamen unum magnum sanctimonialium monasterium, in quo, deposito seculari habitu, et sanctimonialium sumpto indumento, perpaucis annis abbatissæ fungebatur officio; nam a quodam laico constuprata, ejectaque de monasterio, Karoli regis imperio, in paupertate et miseria lethotenus vitam duxit.[1] Vixit ergo Æthelwlfus rex duobus annis postquam a Roma rediit; in quibus, inter alia multa præsentis vitæ bona studia, cogitans de suo ad universitatis viam transitu, ne sui filii post patris obitum indebite inter se disceptarent, hæreditariam scribere imperavit epistolam, in qua et regni inter filios Æthelbaldum et Æthelberhtum, et propriæ hæreditatis inter filios et filiam et etiam propinquos; pecuniarum, quæ post se superessent, inter animam et filios et etiam nobiles suos divisionem ordinabiliter litteris mandare procuravit. Pro utilitate

Death of Æthelwulf.

His will.

[1] *Vitam duxit.*] Ita ut ad ultimum, uno servulo comitata, sicut a multis videntibus eam audivimus, quotidie mendicans, in Pavia miserabiliter moraretur. *A. add.*

namque animæ suæ, quam a primævo juventutis suæ flore in omnibus procurare studuit, per omnem hæreditariam terram suam semper in decem manentibus unum pauperem, aut indigenam aut peregrinum, cibo, potu, vestimento, successoribus suis, usque ad ultimum diem judicii, post se pascere præcepit; ita tamen si illa terra hominibus et pecoribus habitaretur, et deserta non esset. Romæ quoque omni anno ccc. mancusas denariorum portare præcepit, quæ taliter ibi dividerentur: scilicet c. mancusas in honore Sancti Petri, specialiter ad emendum oleum, quo impleantur omnia luminaria illius apostolicæ ecclesiæ in vespera Paschæ, et æqualiter in gallicantu; et c. mancusas in honore Sancti Pauli Apostoli, eadem de causa; c. quoque mancusas universali papæ apostolico. Defuncto autem illo idibus Januarii [13 Jan.], et apud Wintoniam sepulto, Æthelbald filius ejus, contra Dei interdictum et Christianorum dignitatem, necnon et contra omnium paganorum consuetudinem, thorum patris sui ascendens, Juthittam, Karoli Francorum regis filiam, in matrimonium duxit, effrænisque duobus ac dimidio annis Occidentalium Saxonum post patrem regni gubernacula rexit." Sanctissimus Deoque acceptus Eadmundus, ex Antiquorum Saxonum prosapia oriundus, fidei Christianæ cultor veracissimus, omnibus blando eloquio affabilis, humilitatis gratiæ præcluis, egentibus liberaliter dapsilis, pater clementissimus pupillis et viduis, East-Angliæ provinciæ nactus est culmen regiminis.[1]

Æthelbald marries Judith.

Accession of St. Eadmund king of East Anglia.

A. D. 860. Death of Æthelbald;

"Rex Æthelbaldus defunctus est, et in Scire-

[1] *Regiminis.*] Abbo Floriac. De Passione S. Eadmundi, ap. Surium, t. VII. p. 465. A. D. 857. Defuncto Ceadda Herefordiæ episcopo, Aldbertus successit. A. D. 859. Defuncto Oithelwaldo Licetfeldensi pontifice, successit Hunbertus. *Add. alia manu.*

burnan sepultus, et Æthelberht frater suus Cantiam, Suthregiam, Suth-Seaxan quoque suo dominio, ut justum erat, subjunxit: in cujus diebus magnus Paganorum exercitus de mari adveniens, Wintoniam civitatem hostiliter invadens, depopulatus est; cui cum ad naves cum ingenti præda reverterentur, Osric Hantunensium comes cum suis, et Æthelwlf comes cum Bearrocensibus viriliter obviaverunt, consertoque prœlio, Pagani passim trucidantur; et cum diutius resistere non possent, muliebriter fugam arripiunt, et Christiani loco funeris dominati sunt. Æthelberht itaque, quinque annis regno pacifice et amabiliter atque honorabiliter gubernato, cum magno suorum dolore viam universitatis adiit, et in Sciréburnan, juxta fratrem suum, honorifice sepultus requiescit."[1]

Succession of Æthelberht.

Winchester plundered by the Danes.

Death of Æthelberht.

Sanctus transivit Swithunus et astra petivit, indictione decima, VI. nonas Julii [2 Jul.], feria quinta.

A.D. 862. St. Swithin ob.

"Pagani hiemaverunt in insula Tenet, firmumque fœdus cum Cantuariis pepigerunt; quibus Cantuarii pecuniam pro fœdere servando[2] reddere promiserunt. Interea tamen vulpino more Pagani noctu clam castris erumpentes, fœdere dirupto, et promissionem pecuniæ spernentes, sciebant enim majorem pecuniam se furtiva præda quam pace adepturos, totam orientalem Cantiæ plagam depopulati sunt."[3]

A.D. 864. The Danes winter in Thanet; ravage Kent.

"Æthered regis Æthelberhti frater Occidentalium Saxonum regni gubernacula suscepit. Eodem anno magna Paganorum classis de Danubia[4]

A.D. 866. Accession of Æthered. The Danes winter in East Anglia.

---

[1] *Requiescit.*] A.D. 866. Defuncto Rethhuno Legerecensi episcopo, successit Aldredus. *Add. alia manu.*

[2] Servato *A.*

[3] *Sunt.*] Defuncto Hunberhto Licetfeldensi episcopo, successit Cineferth. *Add. alia manu.*

[4] *Danubia.*] Dania, or Danemarchia.

Britanniam advenit, in regno Orientalium Anglorum,[1] quod Saxonice East-engle dicitur, hiemavit, ibique ille exercitus maxima ex parte equestris factus est."

A. D. 867. The Danes proceed to York.

"Prædictus Paganorum exercitus de Orientalibus Anglis ad Eboracum civitatem migravit, quæ in aquilonali ripa Humbræ fluminis sita est.

Civil dissensions in Northumbria.

Eo tempore maxima inter Northanhymbros discordia diabolico instinctu orta fuerat; sicut semper populo qui odium incurrerit[2] evenire solet;

Of Ælla and Osbriht.

nam Northanhymbri eo tempore, ut diximus, legitimum regem suum, Osbriht nomine, regno expulerant, et tyrannum quendam, Ælla nomine, non de regali prosapia progenitum, super regni apicem constituerant: sed advenientibus Paganis, consilio divino et optimatum adminiculo, pro communi utilitate discordia illa aliquantulum sedata, Osbriht et Ælla, adunatis viribus congregatoque exercitu, Eboracum oppidum adeunt; quibus advenientibus, Pagani confestim fugam arripiunt, et intra urbis mœnia se defendere procurant; quorum fugam et pavorem Christiani cernentes, etiam intra urbis mœnia eos persequi, et murum frangere instituunt, quod et fecerunt; non enim tunc adhuc illa civitas firmos et stabilitos muros illis temporibus habebat. Cumque Christiani murum, ut proposuerant, fregissent, eorumque magna pars in civitatem simul cum Paganis intrassent, Pagani, dolore et necessitate compulsi, super eos atrociter irrumpunt, cædunt, fugant, prosternunt intus et extra. Illic maxima ex parte omnes Northanhymbrensium cœti, occisis duobus regibus, deleti occubuerunt; reliqui vero qui evaserunt pacem cum Paganis pepigerunt. Eodem anno Ealhstanus Scireburnensis

---

[1] Saxonum *A.*

[2] *Incurrit.*] Dei *A. add.*

episcopus, L°. sui episcopatus anno, obiit, et Scireburne sepelitur.[1]" Ealhstan bp. of Sherburne ob.

Cometes visa est manifestissime hoc anno. A.D. 868. A comet. "Venerabilis rex Ælfredus, secundarii tamen tunc ordine fretus, uxorem de Mercia, nobilem Marriage of Ælfred. scilicet genere, filiam Æthelredi Gainorum comitis,[2] qui cognominabatur Mucil, subarravit[3] et duxit. Cujus fœminæ mater Eadburh nominabatur, de regali genere Merciorum regis, venerabilis scilicet fœmina, et per multos annos post obitum patris[4] sui castissima vidua lethotenus permansit. Eodem anno prædictus Paganorum The Danes enter Mercia. exercitus Northanhymbros relinquens, in Merciam venit, et Snotingaham adiit, quod Britannice Tigguocobauc interpretatur, Latine autem, Speluncarum Domus, et in illo loco eodem anno hiemaverunt. Quibus illic advenientibus, con- The Mercians seek aid of Æthered and Ælfred, who proceed to Nottingham. festim Burhred, Merciorum rex, omnesque gentis ejusdem optimates nuncios ad Ætheredum, Occidentalium Saxonum regem, et ad fratrem ejus Ælfredum dirigunt, suppliciter obsecrantes ut sibi auxiliarentur, quo possent contra præfatum pugnare exercitum; quod et facile impetraverunt; nam illi fratres, non segnius promissione, congregato ex omni parte sui immenso exercitu, Merciam adeunt, et usque ad Snotingaham, bellum unanimiter quærentes, perveniunt; cumque Peace between the Mercians and Danes. Pagani, tuitione arcis muniti, bellum dare negarent, et Christianis frangere murum non suppetebat, pace inter Mercios et Paganos facta, duo illi fratres, Ætheredus rex et Ælfredus, cum suis co-

[1] *Ealhstanus . . . . . sepelitur.*] Ealhstan episcopus Sciréburnensis ecclesiæ viam universitatis adiens, postquam episcopatum per L. annos honorabiliter rexerat, in pace in Scireburnam sepultus est. *A. L. et editt.*

[2] *Filiam . . . . comitis.*] Ealhswith: she died, according to Florence and the Sax. Chron., in 905.

[3] Expetivit *A.*

[4] Viri *A. recte.*

hortibus domum reversi sunt." Oratorium Sancti Andreæ Apostoli Kemesege constructum et dedicatum est ab Alhuno, Wigorniensi præsule.

A. D. 869. The Danes return to York.

"Præfatus Paganorum exercitus iterum ad Northanhymbros equitans, Eboracum civitatem adiit, ibique anno integro mansit."

A. D. 870. They winter in Thetford. Martyrdom of St. Eadmund.

"Supra memoratus Paganorum exercitus per Merciam in Orientales Anglos transivit, et ibi in loco qui dicitur Theodford hiemavit." Eodem anno sanctissimus ac gloriosissimus Orientalium Anglorum rex Eadmundus, ut in sua legitur Passione, ab Inguaro rege paganissimo, indictione II., XII. kal. Decembris [20 Nov.], die Dominico, martyrizatus est.[1] "Quo etiam anno Ceolnothus Dorubernensis archiepiscopus defunctus, in eadem civitate in pace sepultus est;" cui vir reverendus successit Ætheredus.

Ceolnoth abp. of Cant. ob.; succeeded by Æthered.

A. D. 871. The Danes proceed to Reading,

"Exosæ memoriæ Paganorum exercitus, Orientales Anglos deserens, regnumque Occidentalium Saxonum adiens, venit ad villam regiam quæ dicitur Readingum, in meridiana Tamesis fluminis ripa sitam, in illa paga quæ dicitur Bearrocscire; tertioque adventus sui die duo comites eorum cum magna illius parte in prædam equitaverunt; aliis vallum inter duo flumina Tamesen et Cynetan,[2] a dextra parte ejusdem villæ regiæ facientibus; quibus Æthelwlf, Bearrocensis pagæ comes, cum suis, in loco qui Anglice Englafeld, Latine Anglorum Campus, dicitur, obviavit; ubi animose pugnatum est ex utraque parte: cumque ibi diu utrique resisterent, altero Paganorum comite occiso, et maxima exercitus parte deleta, cæterisque fuga elapsis, Christiani victoriam accipientes, loco

Battle of Englefield.

---

[1] *Martyrizatus est.*] See Asser, Annal. ap. Gale, I. p. 159. Sax. Chron., Abbo, Passio S. Eadm.

[2] *Cynetan.*] The Kennet.

funeris dominati sunt. His ibi ita gestis, post quatuor dies Æthered rex et Ælfred frater ejus, adunatis viribus congregatoque exercitu, Readingum adierunt; cumque usque ad portam arcis pervenissent, cædendo et prosternendo quoscunque de Paganis extra arcem invenissent, Pagani non segnius certabant, lupino more, totis portis erumpentes, totis viribus bellum perquirunt, ibique diu et atrociter ex utraque parte dimicatum est; sed proh dolor, Christianis demum terga vertentibus, Pagani victoriam accipientes, loco funeris dominati sunt; ibique Æthelwlfus præfatus comes inter cæteros occubuit. Quo dolore et verecundia Christiani commoti, iterum post IV. dies contra præfatum exercitum, in loco qui dicitur Æscesdun, quod Latine Mons Fraxini interpretatur, totis viribus et plena voluntate, ad prœlium prodeunt; sed Pagani in duas se turmas dividentes, æquali testudine bellum parant,[1] habebant enim tunc duos reges multosque comites, concedentes mediam partem exercitus duobus regibus, et alteram omnibus comitibus; quod Christiani cernentes, et etiam ipsi exercitum in duas turmas dividentes, testudines non segnius construunt. Sed Ælfred citius et promptius cum suis ad locum prœlii venit: nimirum erat enim tunc suus frater Æthered rex in tentorio in oratione positus, audiens missam, nimiumque affirmans se inde non discessurum antequam sacerdos missam finiret, et divinum pro humano nolle deserere servitium: et ita fecit; quæ regis Christiani fides multum apud Deum valuit, sicut aptius declarabitur in sequentibus. Decreverunt ergo Christiani, ut Æthered rex cum suis copiis contra duos Paganos reges sumeret prœlium;

Defeat of Æthered and Ælfred.

The Danes defeated at Ashdown.

---

[1] *Æquali . . . . parant.*] Æquali lance testudines parant *A*.

Ælfred vero suus frater cum suis cohortibus contra omnes Paganorum duces belli sortem sumere debere sciret. Quibus ita firmiter ab utraque parte dispositis, cum rex in oratione diutius moraretur, et Pagani parati ad locum certaminis citius advenissent, Ælfred tunc secundarius, cum diutius hostiles acies ferre non posset, nisi aut bello retrorsum cederet, aut contra hostiles copias, ante fratris adventum, in bellum prorumperet, demum viriliter, aprino more, Christianas copias contra hostiles exercitus, ut ante proposuerant, quamvis rex adhuc non venerat, dirigens, divino fretus consilio et fultus adjutorio, testudine ordinabiliter condensata, confestim contra hostes vexilla movet. Tandem rex Æthered, finitis quibus occupatus erat orationibus, advenit, et invocato magno mundi Principe, mox se certamini dedit.[1] Sed hoc in loco nescientibus intimandum est, quod ille locus certaminis belligerantibus inæqualis erat; nam Pagani editiorem locum præoccupaverunt, Christiani ab inferiori loco aciem dirigebant. Erat quoque in eodem loco una spinosa arbor, brevis admodum,[2] circa quam hostiles inter se acies, cum ingenti omnium clamore, illi perperam agentes, isti pro vita et dilectis atque patria pugnaturi, hostiliter conveniunt. Cumque aliquandiu animose nimiumque atrociter hinc et inde utrique pugnarent, Pagani divino judicio Christianorum impetum diutius non ferentes, maxima parte suorum occisa, opprobriosam fugam cœpere: quo in loco alter de duobus Paganorum regibus et quinque comites occisi occubuerunt, et multa millia illorum in eodem loco, et insuper per totam campestrem Æscesdun

---

[1] *Tandem rex .... dedit.*] Sax. Chron. *A. omit.*

[2] *Admodum.*] Quam nos ipsi nostris propriis oculis vidimus *A. add.*

latitudinem ubique dispersa et occisa corruerunt. Cecidit ergo illic Bagsecg rex, Sidroc senex comes, Sidroc junior comes, Osbern comes, Fræna comes, Harald comes: et totus Paganorum exercitus usque ad noctem, et etiam usque ad diem sequentem, quousque ad arcem qui evaserant pervenerunt, in fugam versus est. His ibi ita gestis, iterum post XIV. dies Æthered rex una cum fratre Ælfredo, adunatis viribus contra Paganos pugnaturus, Basengas adiit; quibus hostiliter convenientibus, et diu simul certantibus, Pagani victoria potiuntur." Rursus, duobus evolutis mensibus, rex Ætheredus et frater ejus Ælfredus cum Paganis, qui se in duas diviserant turmas, apud Meretun pugnantes, diu victores existunt, adversariis omnibus in fugam versis; sed illis in prœlium redeuntibus, multi ex his et ex illis corruunt, et Pagani victoriam accipientes, loco funeris dominantur.[1] Eodem anno post Pascha, rex Ætheredus, regno V. annis per multas tribulationes strenue atque honorabiliter cum bona fama gubernato, viam universitatis adiens, IX. kal. Maii [23 Apr.], in Winburnan sepultus est; ubi adventum Domini primamque cum justis resurrectionem expectat. Quo defuncto, supra memoratus Ælfredus, qui usque ad id temporis, viventibus fratribus suis, fuerat secundarius, totius regni gubernacula, divino concedente nutu, cum summa omnium illius regni accolarum voluntate, confestim suscepit; cujus de infantilibus et puerilibus moribus hoc in loco breviter inserendum esse existimamus."

Æthered and Ælfred worsted at Basing, and at Merton.

Death of Æthered; succession of Ælfred.

"Communi itaque et ingenti patris sui et matris amore, supra omnes fratres suos, immo ab omnibus nimium diligebatur, et in regio semper curto inseparabiliter nutriebatur. Accrescente

Of Ælfred's infancy.

[1] *Rursus, duobus .... dominantur.*] Sax. Chron. *A. omit.*

vero infantili et puerili ætate, cunctis fratribus forma decentior, vultu, verbis atque moribus gratiosior videbatur; sed, proh dolor, suorum parentum et nutritorum incuria, usque ad duodecimum ætatis annum[1] illiteratus permansit; Saxonica tamen poemata die noctuque solers auditor, relatu aliorum sæpissime audiens, docibilis memoriter retinebat. In omni venatoria arte incomparabilis omnibus peritia et fœlicitate, sicut et in cæteris omnibus Dei donis, fuit.[2] Cum ergo quodam die mater sua[3] sibi et fratribus suis quendam Saxonicum poematicæ artis librum, quem in manu habebat, ostenderet, ait, 'Quisquis vestrum discere citius istum codicem poterit, dabo ei illum.' Qua voce, immo divina inspiratione,

---

[1] *Annum.*] Aut eo amplius *A. add.*

[2] *Fuit.*] Sicut et nos sæpissime vidimus *A. add.*

[3] *Mater sua.*] Mr. Turner (Hist. vol. II. p. 9) and Mr. Petrie (Corp. Hist. p. 474) are of opinion that the person here referred to as the 'mater' (Ælfredi) was not his mother, but his step-mother (noverca) Judith; assuming that the event here recorded happened after the marriage of Æthelwulf with the daughter of Charles the Bald: while it is evident from Asser's language, that he is recounting a passage in Ælfred's childhood, which took place during the life of Osburh, consequently before he had reached his seventh year. The book, Asser informs us, was promised to that one of the brothers who should soonest learn it, whereupon Ælfred got possession of it, with the resolve of being the first to understand and recite its contents. Now here there is no question about reading it, therefore no inconsistency with the account that Ælfred was unable to read (illiteratus mansit) until he was above twelve years old. Ælfred, having thus secured the volume, forthwith betook himself to his master, with whom and from whose recitation and interpretation (as was the well-known custom in those days) he learned, and, it might be said, read the poems contained in it. Let it, moreover, be borne in mind, that when Ælfred was twelve years old, Judith herself could not have been more than seventeen or eighteen, as her father married her mother Hermengard on the 12th Dec. 842; and it is not very probable that a young Frankish princess, more particnlarly one of Judith's disposition, would have cared much about Anglo-Saxon poetry and the instruction of step-sons. In the Flores Historiarum Judith is expressly called the step-mother of Æthelbald, not the mother (mater): 'dimissa Judetha *noverca* sua.' M. Westmon. p. 159; R. Wendover, t. I. p. 295; and W. Malm. p. 174.

instinctus Ælfredus, et pulchritudine principalis litteræ illius libri illectus, ita matri respondens, inquit, 'Verene dabis istum librum uni ex nobis, scilicet illi qui citissime intelligere et recitare eum[1] ante te possit?' Ad hæc illa arridens, 'Dabo,' infit, 'illi.' Tunc ille statim tollens librum de manu sua, magistrum adiit, et legit: quo lecto, matri retulit et recitavit. Post hæc cursum diurnum, psalmos quosdam et orationes multas didicit; quæ omnia in uno libro congregata, in sinu suo die noctuque, orationis gratia, inter omnia præsentis vitæ curricula, ubique circumducebat. Sed, proh dolor, quod maxime desiderabat, liberalem scilicet artem, desiderio suo non suppetebat, eo quod illo tempore grammatici[2] in toto regno Occidentalium Saxonum non erant."

His devotion:

"Cum autem, in primævo juventutis suæ flore,[3] mentem suam in Dei mandatis stabilire vellet, seque a carnali desiderio abstinere non posse cerneret; ne offensam Dei incurreret, si aliquid contrarium voluntati illius perageret, sæpissime gallicantu et matutinis horis clam consurgens, ecclesias et reliquias sanctorum orandi causa visitabat, ibique diu prostratus orabat, quo Deus Omnipotens, propter suam misericordiam, mentem illius amore suæ servitutis per aliquam infirmitatem quam posset sustinere, non tamen quo eum indignum et inutilem in mundanis rebus faceret, corroboraret. Cumque hoc sæpius magna mentis devotione ageret, post aliquantulum intervallum fici dolorem Dei munere incurrit; in quo diu et ægre per multos annos roborans se, etiam de vita desperabat. Sed quodam tempore, divino nutu, cum Cornubiam venandi causa

is afflicted with a painful disease, which is mitigated by prayer.

[1] *Eum.*] Supplied from *A. MSS. et editt. omit.*
[2] lectores boni *A.*
[3] *Flore.*] Antequam propriam conjugem duceret *A. add.*

adiret, et ad quandam ecclesiam orandi causa divertisset, in qua sanctus Gueriir requiescit, sanctus etiam Niot ibidem pausat, diu in oratione tacita prostratus, Dei misericordiam deprecabatur, quatenus, pro sua immensa clementia, stimulos præsentis et infestantis infirmitatis aliqua qualicunque leviori infirmitate mutaret, ea tamen conditione, ut corporaliter exterius illa infirmitas non appareret, ne despectus et inutilis esset. Oratione finita, cœptum iter arripuit, et non multo post tempore, ut in oratione deprecatus fuerat, se ab illo dolore medicatum esse divinitus sensit, ita ut funditus eradicaretur: sed, proh dolor, eo amoto, alius infestior in nuptiis eum arripuit, qui a vicesimo ætatis suæ anno usque ad quadragesimum quintum et eo amplius illum die noctuque incessabiliter fatigavit. Nati sunt ergo ei filii et filiæ de supradicta conjuge sua Ealhswitha, Ægelflæd primogenita, post quam Eadward, deinde Æthelgeovu, postea Ælfthryth, deinde Æthelward natus est. Æthelflæd, adveniente matrimonii tempore, Ætheredo Merciorum comiti matrimonio copulata est; Æthelgeofu monasticæ vitæ regulis, devota Deo virginitate, subjuncta et consecrata, divinum subiit servitium; Æthelward, omnibus junior, literariæ disciplinæ, divino consilio admirabilique regis providentia, et omnes pene totius regionis nobiles et etiam multi ignobiles, sub diligenti magistrorum cura, traditi sunt, ut antequam aptas humanis artibus vires haberent, liberalibus instruerentur artibus. Eadward et Ælfthryth semper in curto regio nutriti, non sine liberali disciplina, inter cætera præsentis vitæ studia, psalmos et Saxonicos libros, maximeque Saxonica carmina, studiose dedicere."

Is again afflicted.

His children.

"At rex Ælfredus inter bella et præsentis

His patronage of the

vitæ frequentia impedimenta, necnon Paganorum infestationes, et quotidianas corporis infirmitates, regni gubernacula regere, omnem venandi artem agere, aurifices et artifices suos omnes, falconarios, accipitrarios, canicularios quoque docere, ædificia supra omnem antecessorum suorum consuetudinem venerabiliora et pretiosiora nova sua machinatione facere, Saxonicos libros recitare, et maxime Saxonica carmina memoriter discere, aliis imperare, solus assidue pro viribus non desinebat; missam quotidie audire, psalmos quosdam et orationes, horas diurnas et nocturnas celebrare, et ecclesias nocturno tempore orandi causa, clam suis, adire solebat et frequentabat: eleemosynarum dator largissimus, omnium affabilissimus et jucundissimus, ignotarum rerum investigator solertissimus. Franci autem multi, Frisones, Galli, Pagani, Britones, Scotti, et Armorici, sponte suo se dominio subdiderant, nobiles scilicet et ignobiles; quos omnes, sicut propriam gentem, secundum suam dignitatem, regebat, diligebat, honorabat, pecunia et potestate ditabat. Episcopos quoque suos, omnemque ecclesiasticum ordinem, comites ac nobiles suos, ministeriales etiam et omnes familiares, admirabili amore diligebat; filios quoque eorum qui in regali familia nutriebantur, non minus propriis diligens, omnibus bonis moribus instituere, et litteris imbuere solus die noctuque inter cætera non desinebat."

arts and of literature.

His devotion and alms.

Encouragement of foreigners and others.

"Cumque regnare prope, quasi invitus, uno mense impleto cœperat, nimirum enim non putabat se, nisi divino fultum auxilio, tantam Paganorum unquam posse[1] solum sufferre austeritatem: quinetiam, viventibus suis fratribus, cum

Defeated at Wilton.

[1] *Unquam posse.*] So Asser. The whole passage stands thus in *C.* and *L.*: nimirum enim non putabat in se divino fultus auxilio, tantam Paganorum posse solus sufferre austeritatem.

magna multorum detrimenta sustinuisset, contra universum Paganorum exercitum, in monte qui dicitur Wiltun, qui est in meridiana ripa fluminis Guilou, de quo flumine tota illa paga nominatur, cum paucis et nimium inæquali numero acerrime belligeravit; et cum hinc inde utrique hostiliter et animose non parva diei parte pugnarent, Pagani ad integrum suum periculum cernentes, et hostium infestationem diutius non ferentes, terga in fugam verterunt: sed, proh dolor, peraudaciam persequentium decipientes, iterum in prœlium prodeunt, et victoriam capientes, loco funeris dominati sunt. Nec hoc cuiquam mirabile videatur, quod Christiani parvum in prœlio numerum habebant; erant enim Saxones maxima ex parte in uno anno octo contra Paganos prœliis populariter attriti; in quibus octo prœliis unus rex Paganorum et novem duces cum innumeris cohortibus occisi periere; exceptis quotidianis nocturnisque irruptionibus innumerabilibus, quas rex Ælfredus et singuli duces illius gentis cum suis, etiamque perplures ministri regis contra Paganos infatigabiliter exercebant: in quibus frequentissimis irruptionibus quot millia Paganæ expeditionis occisa perierunt, nisi soli Deo, incognitum est, exceptis his qui in octo prædictis prœliis trucidati sunt. Eodem quoque anno Saxones cum eisdem Paganis, ea conditione ut ab eis discederent, pacem pepigerunt: quod et impleverunt." Defuncto Cinefertho Licetfeldensi episcopo, successit Tunbrihtus.

Peace concluded.

Cineferth bp. of Lichfield ob.; Tunbriht succeeds.

A. D. 872.

Albhun bp. of the Hwiccas ob.; Werefrith succeeds.

Defuncto Hwicciorum episcopo Alchuno, sanctæ Wigorniensis ecclesiæ nutritus, et vir in divinis scripturis doctissimus, Werefrithus, VII. idus Junii [7 Jun.], die Pentecostes, ab Ætheredo Doruberniæ archiepiscopo antistes est ordinatus; "qui imperio regis Ælfredi libros Dialogorum

beati papæ Gregorii[1] de Latinitate primus in Saxonicam linguam elucubratim et elegantissime transtulit. Hunc eundem, et processu temporis Plegmundum, genere Mercium, Dorubernensis ecclesiæ archiepiscopum, venerabilem scilicet virum, sapientia præditum, sacerdotes[2] quoque, genere Mercios, Æthelstanum, et Werwlfum, quam optime literis instructos, idem rex ad se de Mercia vocavit, multisque honoribus et potestatibus extulit, quo eum in desiderata, immo in discenda literarum scientia adjuvarent. Legatos etiam ultra mare ad Galliam direxit, indeque sanctum Grimbaldum,[3] sacerdotem et monachum, venerabilem virum, cantatorem optimum, ecclesiasticis disciplinis et in divina Scriptura eruditissimum, omnibusque bonis moribus ornatum; Johannem[3] quoque, æque presbyterum et monachum, acerrimi ingenii virum; Asserum etiam de occiduis et ultimis Britanniæ finibus, e monasterio Sancti Dewii advocavit. Quorum omnium doctrina et sapientia, regis desiderium ita indies crescebat et implebatur, ut in brevi librorum omnium notitiam haberet. Præfatus exercitus Paganorum Lundoniam adiit, ibique hiemavit; cum quo Mercii pacem pepigerunt."[4]

Translation of pope Gregory's Dialogues.

Of archbp. Plegmund, Æthelstan, Werwulf.

Of Grimbald,

John of Old Saxony, Asser.

The Danes at London; make peace with the Mercians;

"Sæpe memoratus exercitus Lundoniam deserens, in Northanhymbrorum regionem perrexit, et ibi hiemavit, in paga quæ dicitur Lindesig, cum quo iterum Mercii pacem pepigerunt."[5]

A. D. 873. winter in Lindsey, and again make peace:

"Supra memoratus exercitus Lindissi deserens, Merciam adiit, et hiemavit in loco qui dicitur

A. D. 874. winter at Repton.

---

[1] *Gregorii.*] Et Petri sui discipuli *A. add.*

[2] *Sacerdotes.*] Et capellanos *A. add.*

[3] *Grimbaldum.*] See Mr. Hardy's notes to W. Malm. p. 188.

[4] *Pepigerunt.*] Sax. Chron. Here the substance only is from Asser. Defuncto Aldberhto Herefordensi episcopo, successit Esne. *Add. alia manu.*

[5] Defuncto Aldredo Legerensi pontifice, Ceolredus successit. *Add. alia manu.*

Burhred forsakes his kingdom, and goes to Rome: dies, and is buried in the Saxon School.

Hreopedun. Burhredum quoque, Merciorum regem, regnum suum deserere, et ultra mare exire, Romamque adire, contra voluntatem suam coegit, anno XXII°. regni sui; qui postquam Romam adierat non diu vivens, ibi defunctus est, et in Schola Saxonum, in ecclesia Sanctæ Mariæ, honorifice sepultus, adventum Domini, primamque cum justis resurrectionem expectat: post

Mercia subjugated: Ceolwulf made king.

cujus expulsionem Pagani totum Merciorum regnum suo dominio subdiderunt; quod tamen miserabili conditione cuidam insipienti ministro, cujus nomen erat Ceolwlf, eo pacto custodiendum commendaverunt, ut qualicunque die vellent, id sibi pacifice resignaret; quibus in eadem conditione obsides dedit, et juravit nullo modo se voluntati eorum contradicere velle, sed obediens in omnibus esse."[1]

A. D. 875. The Danes go to Northumbria, and to Cambridge:

"Supra memoratus sæpe exercitus Hreopedun deserens, in duas se divisit turmas, cujus altera pars cum Halfdene in regionem Northanhymbrorum perrexit, ibique hiemavit, juxta flumen quod dicitur Tine, et totam Northanhymbrorum regionem suo subdidit dominio; necnon Pictos et Stratcluttenses[2] depopulati sunt; altera quoque pars, cum Guthrum[3] et Oscytel et Amund, tribus Paganorum regibus, ad locum qui dicitur Grantebrycge pervenit, ibique hiemavit. Eodem anno

are defeated at sea by Ælfred.

Ælfred rex navali prœlio in mare contra sex naves Paganorum belligeravit, et unam ex eis cepit, cæteris per fugam elapsis."[1]

A. D. 876. The Danes proceed to Wareham.

"Sæpe memoratus Paganorum exercitus noctu de Grantebrycge exiens, castellum quod dicitur Werham intravit, ubi monasterium sanctimonialium inter duo flumina Fraw et Terente,[4] et in

[1] Sax. Chron.

[2] *Stratcluttenses.*] People of Strathclyde.

[3] *Guthrum.*] O. Nor. Guthormr, *contr.* Gormr.

[4] *Fraw et Terente.*] Frome and Trent.

paga quæ Saxonice dicitur Thornsæta,[1] tutissimo situ terrarum situm est, nisi ab occidentali parte tantummodo, ubi contigua terra est: cum quo exercitu Ælfred rex fœdus firmiter, et ea conditione ut ab eo discederent, pepigit; cui ille exercitus electos obsides, quantos ipse[2] nominavit, sine ulla controversia dedit; necnon sacramentum in omnibus reliquiis, quibus ille rex maxime post Deum confidebat, juravit, in quibus[3] nec alicui genti prius jurare voluit, se citissime de regno suo exiturum; sed, more suo, solita fallacia utens, et obsides et juramentum atque fidem promissam non custodiens, nocte quadam, fœdere dirupto, omnes equites quos rex habebat occidit; versusque inde, alium locum, qui Saxonice Exanceastre, Latine Civitas Exæ dicitur, quæ in orientali ripa fluminis ejusdem sita est,[4] prope mare meridianum, quod interluit Galliam Britanniamque, inopinate adiit:"[5] quem, collecto exercitu, rex Ælfredus est insecutus; sed quia civitatem jam intraverat, illum assequi non poterat: veruntamen quot et quantos voluit ob-

Ælfred makes a treaty with them,

which they violate and march to Exeter.

Another treaty.

---

[1] *Saxonice dicitur Thornsæta.*] Britannice Durngueis, Saxonice autem Thornsæta *A.*

[2] solus *A.*

[3] *In quibus.*] 'Et super armillam, super quam,' *A. add. ex Annal.* Of the solemn oath on the armlet or bracelet, in use among the Scandinavians, we find mention in Sæmund's Edda. (See edition Arnæ-Magn. t. III. p. 116, and t. II p. 395, also Corp. Hist. p. 355.)

Baug-eiþ Oþinn
hygg ek at unnit hafi.
Annulare juramentum Othinum opinor præstitisse.
Háva-mál, Str. 111.

Ok at hríngi Ullar.
Et per Ulleri annulum.
Atla-quiþa in Grænlenzka, Str. 31.

On which the editor remarks: 'Gentiles nostri proavi præstitere juramenta ad sacrum quendam annulum, in templo servatum, ac interdum, quasi armillam, a sacerdote gestatum.'

[4] *Versusque inde .... sita est.*] Domnaniam, ad alium locum, qui dicitur Saxonice Eaxanceastre, Britannice autem Cairwisc, Latine quoque civitas Exæ, quæ in orientali ripa fluminis Wisc sita est. *A.*

[5] *Adiit.*] Direxit, et ibi hiemavit *A.*

sides ab eis extorsit, firmumque cum eis fœdus pepigit, quod illi tempore non modico bene custodierunt, ibidemque hiemaverunt. Eodem anno Paganus rex Halfdene Northanhymbrorum regionem sibimet et suis divisit, illamque cum suo exercitu coluit." Rollo cum suis Normanniam penetravit,[1] xv. kal. Decembris [17 Nov.].

Halfdene subjugates Northumbria.

A. D. 877. Paganus exercitus apud Werham cum classe relictus, Exanceastre venit, sed priusquam illo pervenisset, cxx. naves ex eis marina tempestate submersæ sunt. "Instante vero autumni tempore,[2] Paganorum apud Exanceastre pars resedit, pars Merciam adiit, cujus portionem aliquam Ceolwlfo, cui eam custodiendam, ut prædictum est, commiserat, dedit; aliquam vero inter se distribuit."[1]

Danish ships lost.

Mercia divided.

A. D. 878. "Supra memoratus sæpe exercitus Exanceastre deserens, Cippanham, villam regiam, quæ sita est in sinistrali parte Wiltunscire, adiit,[3] ibique hiemavit, et multos ejusdem gentis ultra mare compulit hostiliter et penuria atque pavore navigare, maximaque ex parte omnes regionis illius habitatores suo subdiderunt dominio. Eodem tempore rex Ælfredus, cum paucis suis nobilibus, et etiam cum quibusdam fasellis,[4] per sylvestria et gronnosa Sumurtunensis pagæ loca, in magna tribulatione vitam inquietus ducebat; nihil enim habebat quo uteretur, nisi quod a Paganis, vel etiam a Christianis, qui se Paganorum subdiderant dominio, frequentibus irruptionibus, aut clam aut etiam palam, subtraheret. Eodem anno frater Hinguari et Halfdene cum XXIII. navibus de Demetica regione,[5] in qua

The Danes winter at Chippenham.

Ælfred retires to the woods and marshes of Somersetshire.

The brother of Hinguar and Halfdene

[1] Sax. Chron.

[2] *Autumni tempore.*] Mense Augusto *A.*

[3] *Wiltunscire adiit.*] Wiltunscire, in orientali ripa fluminis, quod Britannice dicitur Abon, adiit. *A.*

[4] *Fasellis.*] Militibus et vasallis. *A.*

[5] *Demetica regione.*] Dimetia (Dyved) South Wales.

hiemaverat, post multas ibi Christianorum strages factas, ad Domnaniam[1] enavigavit, ibique a ministris regis cum mille ducentis infœlici exitu perperam agens occisus est ante arcem Cynuit; quia in eadem arce multi ministri regis cum suis se concluserant confugii causa. Verum Pagani, cum arcem imparatam atque omnino immunitam, nisi quod mœnia nostro more erecta solummodo haberet, cernerent, non enim effringere moliebantur, quia ille locus situ terrarum tutissimus est ab omni parte nisi ab orientali,[2] obsidere eam cœperunt, putantes homines illos manum cito daturos, fame, siti, et obsessione coactos; quia nulla aqua illi arci contigua est: quod non ita ut putabant evenit; nam Christiani, antequam talem penuriam omnino subire paterentur, divinitus instigati, multoque melius judicantes aut mortem aut victoriam mereri, diluculo super Paganos ex improviso irrumpunt, et a primo tempore hostes hostiliter cum rege suo, maxima ex parte, paucis ad naves per fugam elapsis, prosternunt. Eodem anno post Pascha Ælfred rex cum paucis fecit arcem in loco qui dicitur Æthelinga-eg, et de ipsa arce semper cum fasellis Sumurtunensibus[3] Paganos infatigabiliter debellavit:[4] iterumque, in septima hebdomada post Pascha, ad Petram Ecgbrihti,[5] quæ est in orientali parte saltus qui dicitur Sealwdu, Latine autem, Sylva Magna, equitavit, ibique obviaverunt illi omnes accolæ Sumurtunensis, Wiltunensis, et Hamtunensis pagæ, qui non ultra mare pro metu navigaverant Paganorum; visoque rege, sicut dignum erat,

slain before Cynwit.

Ælfred at Athelney.

---

[1] *Domnaniam.*] Devonshire.

[2] *Orientali.*] Sicut nos ipsi vidimus. *A. add.*

[3] *Fasellis Sumurtunensibus.*] Nobilibus (vasallis) Summurtunensis (pagæ contra) *A. et ejd. Annal.*

[4] *Debellavit.*] Rebellavit *A.*

[5] *Petram Ecgbrihti.*] Brixton in Somersetshire?

quasi redivivum post tantas tribulationes recipientes, immenso repleti sunt gaudio, ibique castrametati sunt una nocte. Diluculo vero sequenti rex inde castra commovens, venit ad locum qui dicitur Ecglea, et ibi una nocte castrametatus est: inde sequenti die vexilla commovens, ad locum qui dicitur Ethandun venit; ubi contra Paganorum exercitum universum cum densa testudine atrociter belligerans, animoseque diu persistens, divino nutu tandem victoria potitus est, et Paganos maxima cæde prostravit; fugientes vero usque ad arcem persecutus est, et omnia quæ extra arcem invenit, homines, scilicet, equos et pecora, confestim cædens homines, subripuit, et ante portas arcis Paganicæ cum omni exercitu suo viriliter castrametatus est; cumque ibi per XIV. dies moraretur, Pagani fame, frigore, timore, et, ad extremum, desperatione perterriti, pacem ea conditione petierunt, ut rex nominatos obsides quantos vellet ab eis acciperet, ille nullum eis daret; ita tamen qualiter nunquam cum aliquo pacem ante pepigerant. Quorum legatione audita, rex suapte misericordia motus, nominatos quantos voluit obsides ab eis accepit; quibus acceptis, Pagani insuper juraverunt, se citissime de suo regno exituros: necnon Guthrum rex eorum Christianitatem subire, et baptismum sub manu Ælfredi regis accipere promisit; quæ omnia ille et sui, ut promiserant, impleverunt; nam post hebdomadas VII. Guthrum Paganorum rex cum XXX. electissimis de exercitu suo viris ad Ælfredum regem prope Æthelinga-ege, in loco qui dicitur Aalr[1] pervenit, quem rex in filium adoptionis sibi suscipiens, de fonte sacri baptismatis elimavit;[2] cujus chrismatis solutio

Battle of Ethandun.

Peace concluded.

Guthrum baptized.

---

[1] *Aalr.*] Aller, near Athelney.

[2] *Elimavit.*] Et nomen ei Æthelstanum imposuit. *Add. editt., C. B. omit.*

octavo die in villa regia quæ dicitur Weadmor fuit: qui postquam baptizatus fuit XII. noctibus cum rege mansit; cui rex cum suis omnibus multa et optima ædificia largiter dedit."[1]

"Præfatus Paganorum exercitus de Cippanhamme, ut promiserat, consurgens, Cirenceastre adiit,[2] quæ est in meridiana parte Hwicciorum, ibique per unum annum mansit. Eodem anno magnus Paganorum exercitus de ultramarinis partibus navigans, in Tamensem fluvium venit, adunatusque est superiori exercitui; sed tamen hiemavit in loco qui dicitur Fullanham, juxta flumen Tamense. Eodem anno eclipsis solis inter nonam et vesperam, sed propius ad nonam facta est."[3] Defuncto Dunberhto Wintoniensi episcopo, successit Denewlf. Hic, si famæ creditur, ad multam ætatem non solum litterarum expers, sed etiam subulcus fuit. Eum rex Ælfredus, hostium violentiæ cedens, et in sylvam profugus, casu sues pascentem offendit; cujus comperto ingenio, litteris informandum tradidit, et postmodum perfectius institutum creavit Wintoniæ præsulem; commentus rem dignam miraculo.

A.D. 879. The Danes go to Cirencester: an army of them enters the Thames and winters at Fulham. An eclipse of the sun. Dunberht bishop of Winton ob.; Denewulf succeeds: his origin.

"Sæpe memoratus Paganorum exercitus Cirenceastre deserens, ad Orientales Anglos perrexit, ipsamque regionem dividens, cœpit inhabitare. Eodem anno exercitus Paganorum qui in Fullanham hiemaverat, Britannicam insulam deserens, iterumque ultra mare navigans, ad Orientalem Franciam perrexit, et per unum annum in loco qui dicitur Gendi, id est, Gent, mansit."[1]

A. D. 880. The Danes settle in East Anglia; some go to Ghent.

"Exercitus Paganorum sæpedictus in Franciam perrexit, contra quem Franci pugnaverunt;

A.D. 881. Battle between the

[1] Sax. Chron.

[2] *Adiit.*] Qui Britannice Cairceri nominatur. *A. add.*

[3] *Eclipsis . . . . facta est.*] Sax. Chron. The eclipse was on the 14th Mar. a. 880.

French and Danes.

finitoque prœlio, Pagani, equis inventis, equites facti sunt."

A. D. 882.

The Danes go up the Maas: are defeated at sea by Ælfred.

"Præfatus exercitus Paganorum suas naves per flumen quod dicitur Mese sursum tanto longe in Franciam pertraxit, ibique uno anno hiemavit. Eodem anno rex Ælfredus navali prœlio contra Paganicas naves in mare congressus est; ex quibus duas cepit, occisis omnibus qui in eis erant; duarumque aliarum navium duo principes cum omnibus suis sociis, valde prœlio vulneribusque fatigati, depositis armis, curvo poplite, et supplicibus precibus dederunt se regi."[1]

A. D. 883.

They ascend the Scheldt, and winter at Condé. Asser bp. of Sherburne ob.; succeeded by Swithhelm.

"Præfatus exercitus naves suas per flumen Scaldad, contra flumen navigans, ad monasterium quod dicitur Candath[2] traxit, et ibi anno uno mansit."[1] Assero Sciréburnensi episcopo defuncto, successit Suithelmus,[3] qui regis Ælfredi

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Candath.*] Sax. Chron. Cundath.

[3] *Assero defuncto .... Suithelmus.*] How this entry found admission into the MSS. it is impossible to conceive, as Asser did not die till 910 (Sax. Chron.), and even continued his Life of Ælfred to the forty-fifth year of that prince's age, or a. 893. Asser's immediate successor in the see of Sherburne is, as we see above, by Florence named Swithhelm, whose death is in MS. *C.* recorded *alia manu* under 892, though we have the signature of Asser himself, as 'Asser episcopus,' to charters down to a. 904; while according to the list of bishops of Sherburne at the end of Florence, the immediate successor of Asser is Æthelwardus, without mention of Swithhelm. In addition to these inconsistencies, the Chronicle informs us that it was Sighelm, probably the king's thane of that name (see Cod. Diplom., II., p. 103), who with Æthelstan conveyed the alms to India in 883. By Malmesbury also (De Pont. lib. II.) the immediate successor of Asser, and bearer of the alms, is named Sighelmus; and in charters of 929 and 931, we find the signature of 'Sigehelmus episcopus,' (who, according to the list in Florence, was the fourth after Asser) while that of Swithhelm does not occur. Equally great also are the difficulties with regard to Asser's predecessor in the see. In the list at the end of Florence and in Malmesb. de Pont. he is named Alfsius and Alsius, while two MS. lists, cited by Mr. Petrie, call him Wulfsige. But in charters of Edward the Elder, the names of Asser and Wulfsige occur together as joint witnesses. Where then was Asser's diocese, and where that of Wulfsige? Dr. Lingard (A. S. Church II. p.

eleemosynam ad S. Thomam in Indiam detulit, indeque prospere rediit.

"Marinus centesimus septimus papa. Hic Scholam Saxonum in Roma morantium, pro amore et deprecatione Ælfredi Anglo-Saxonum regis, ab omni tributo et telone benigne liberavit; qui etiam multa dona prædicto regi illa vice transmisit; inter quæ dedit ei non parvam illius sanctissimæ crucis partem, in qua Dominus noster Jesus Christus, pro hominum salute, pependit."[1] Memoratus exercitus Paganorum Sunnæ fluminis ostium intrans, Embenum usque navigavit, ibidemque uno anno mansit.[2]

A. D. 884. Pope Marinus relieves the Saxon School from imposts; his presents to Ælfred. The Danes ascend the Somme to Amiens.

"Paganorum exercitus præfatus in duas se turmas divisit; una etenim in Orientalem Franciam perrexit, altera vero turma ad Britanniam veniens, Cantiam adiit, civitatemque quæ Hrofceaster Saxonice dicitur, in orientali ripa fluminis Medweag sitam, obsedit. Ante hujus portam Pagani castellum firmum subito fabricaverunt, nec tamen illam civitatem expugnare potuerunt, quia cives illi se viriliter defenderunt, quousque rex Ælfredus cum magno exercitu adjutorium illis collaturus supervenit; et tunc Pagani, relicta arce sua, omnibusque equis, quos de Francia secum adduxerant, derelictis, maxima necnon captivorum suorum parte dimissa, adveniente

A. D. 885. The Danes besiege Rochester, and are repulsed;

423, edit. 1845) conjectures, "that when Exeter, with all its parish in Saxony (Wessex) and Cornwall,' was given to Asser (Asser, p. 489, edit. Petrie), he became bishop of the western portion of the diocese of Sherborne, which at that time reached to the Land's End,—a partition which probably was made, because the natives of Cornwall would more readily obey the authority of a Briton than of a Saxon. If we suppose that, on the death of Wulfsige, Asser succeeded to the other portion of the diocese, we shall then explain why in the ancient catalogue he is said to have succeeded Wulfsige, and in the Saxon Chronicle to have died bishop of Sherborne." This conjecture, though offering a very probable solution of the difficulty, is after all but a conjecture.

[1] Sax. Chron. a. 885.

[2] Sax. Chron.

subito rege, ad naves suas confestim confugiunt: Saxones vero derelictos a Paganis captivos et equos statim diripiunt. Pagani itaque, magna necessitate compulsi, eadem æstate rursus Franciam adierunt. Eodem anno Ælfred Anglo-Saxonum rex classem suam de Cantia plenam bellatoribus in Orientales Anglos dirigens, prædandi causa, transmisit; cumque ad ostium Sturæ fluminis venissent, confestim XVI.[1] naves Paganorum ad bellum paratæ obviaverunt eis, initoque navali prœlio, hinc et inde acriter pugnantes, Pagani omnes occisi, et omnes naves cum omni pecunia eorum captæ sunt; cumque inde victrix regia classis rediret,[2] Pagani qui orientalem Anglorum regionem inhabitabant, congregatis undecunque navibus, eidem regiæ classi in ostio fluminis in mari obviaverunt, consertoque navali prœlio Pagani victoriam habuerunt. Regem Occidentalium Francorum Karlomannum, aprorum venationem agentem, singulari congressione horrendo dente singularis dilacerans ferus, miserabili funere percussit;[3] cujus frater Luduwicus tertio anno ante [4] defunctus est, qui et ipse erat Francorum rex; ipsi etenim ambo filii Luduwici regis Francorum erant, qui supra memorato anno quo eclipsis solis facta est defunctus est. Ipse quoque Luduwicus filius Karoli Francorum regis erat, cujus filiam Juthittam Æthelwlfus, Occidentalium Saxonum rex, ad reginam sibi paterna voluntate suscepit. Præsenti quoque anno magnus Paganorum exercitus de Germania in regionem Antiquorum Saxonum[5] supervenit; contra quos adunatis viribus iidem Saxones et Frisones bis in

they return to France.

Ælfred's fleet defeated at the mouth of the Stour.

Death of Carloman king of the West Franks.

The Danes defeated in Old-Saxony.

[1] XVI.] Tredecim *A.*

[2] *Rediret.*] Dormiret *A.*

[3] *Percussit.*] See W. Malm. p. 160, and Mr. Hardy's note.

[4] *Tertio anno ante.*] Superiori anno *A.*

[5] *Antiquorum Saxonum.*] Quod Saxonice dicitur Eald-Seaxum. *A. add.*

uno anno viriliter pugnavere; in quibus duobus bellis Christiani, divina misericordia opitulante, victoriam habuere. Eodem insuper anno Karolus, Alamannorum rex, Occidentalium Francorum regnum, et omnia regna quæ sunt inter mare Terrenum[1] illumque marinum sinum qui inter Antiquos Saxones et Gallos adjacet, voluntario omnium consensu accepit, absque Armoricano regno:[2] qui Karolus Luduwici regis filius erat; ipse vero Luduwicus germanus fuit Karoli regis Francorum, patris Juthittæ prædictæ; qui duo germani fuerunt filii Luduwici; Luduwicus vero ille filius[3] Pippini. Eodem quoque anno Paganorum exercitus, qui in Orientalibus Anglis habitavit, pacem, quam cum Alfredo rege pepigerat, opprobriose fregit."[4]

Charles the Fat reunites the empire of Charlemagne.

The East Anglian Danes violate the peace.

A. D. 886.

"Memoratus sæpe exercitus Paganorum, Orientali Francia derelicta,[5] iterum in Occidentalium Francorum regionem venit, et in ostium fluminis quod Sequana dicitur intrans, contraque longe navigans, Parisiam civitatem adiit, ibique hiemavit, quam civitatem anno illo integro obsedit; sed Deo misericorditer favente, munitionem irrumpere non potuit. Eodem anno Ælfredus Anglo-Saxonum rex, post incendia urbium stragesque populorum, Lundoniam civitatem honorifice restauravit et habitabilem fecit, quam etiam Ætheredo Merciorum comiti servandam commendavit; ad quem regem omnes Angli et Saxones, qui prius ubique dispersi fuerant, aut cum Paganis sine[6] captivitate erant, venerunt, et voluntarie suo dominio se subdiderunt."[4]

Paris besieged by the Danes.

Ælfred restores London, and places it under Æthered of Mercia.

[1] *Mare Terrenum.*] Mare Tyrrhenum, the Mediterranean.

[2] *Armoricano regno.*] Bretagne.

[3] *Filius.*] Karoli magni et antiqui et sapientissimi, qui etiam fuit filius *A. add. recte.*

[4] Sax. Chron.

[5] *Orientali Francia derelicta.*] Regionem fugiens. *A.*

[6] *Sine.*] Sub *A.*

A. D. 887.

The Danes leave Paris, and proceed to Chezy.

"Prædictus Paganorum exercitus, civitatem Parisiam derelinquens incolumem, eo quod sibimet aliter proficere non poterat, classem suam contra Sequanam longe remigando tamdiu direxit, donec ad ostium fluminis quod Materne nominatur pervenisset; tunc Sequanam deserentes, in ostium fluminis Maternæ[1] divertunt; contra quod diu ac longe navigantes, demum non sine labore usque ad locum qui dicitur Caziei, id est Villa Regia, pervenerunt; in quo loco anno integro hiemaverunt. Sequenti anno in ostium fluminis quod dicitur Iona[2] intraverunt, non sine magno regionis damno; et illic remorati sunt uno anno.

Death of Charles king of the French.

Division of the empire.

Eodem anno Karolus Francorum rex viam universæ carnis adiit; sed Arnulf, filius fratris sui, sexta antequam defunctus esset hebdomada, illum regno expulerat. Quo statim defuncto, quinque reges ordinati sunt, regnumque in quinque partes divisum est: sed tamen principalis sedes regni ad Arnulfum juste et merito pervenit, nisi solummodo quod in patruum suum indigne peccavit. Cæteri quatuor reges fidelitatem et obedientiam Arnulfo, sicut dignum erat, promiserunt; nullus enim illorum quatuor regum hæreditarius illius regni erat in paterna parte, nisi solus Arnulfus. Quinque itaque reges confestim, Karolo moriente, ordinati sunt, sed imperium penes Arnulfum remansit. Talis ergo illius regni extitit divisio: Arnulf orientales regiones Hreni fluminis, Hrothulf quoque internam partem regni, Oda occidentale regnum, Beorngar et Witha Longobardiam, necnon et illas partes quæ in illa parte montis sunt. Nec tamen tanta et talia regna inter se pacifice servaverunt; nam bis pleno prœlio inter se belligeravere, illaque regna persæpe invicem devastavere, et unusquisque alte-

[1] *Materne.*] Matrona, the Marne.

[2] *Iona.*] The Yonne.

rum de regno expulere. Eodem quoque anno Athelelmus, Wiltoniensium comes, Ælfredi regis et Saxonum eleemosynas Romam deportavit."

Æthelhelm conveys the alms of Ælfred and the West Saxons to Rome.

"Quo etiam anno sæpe memoratus Ælfredus Anglo-Saxonum rex, divino instinctu, legere et interpretari simul uno eodemque tempore[1] primitus inchoavit, in sancta videlicet beati Martini Turonensis episcopi solennitate. Erat itaque rex ille, quamvis in regia potestate constitutus, multis tribulationum clavis confossus; nam, ut diximus, a vigesimo ætatis anno usque ad quadragesimum quintum, et eo amplius,[2] gravissima incogniti doloris infestatione incessanter fatigabatur, ita ut ne unius quidem horæ securitatem haberet, qua[3] aut illam infirmitatem non sustineret, aut sub illius formidine lugubriter constitutus non desperaret. Præterea assiduis exterarum gentium infestationibus, quas sedulo terra marique, sine ullius quieti temporis intervallo, sustinebat, inquietabatur. Quid loquar de frequentibus contra Paganos expeditionibus, de bellis, de incessabilibus regni gubernaculis, de civitatibus et urbibus renovandis, et aliis, ubi nunquam antea fuerant, construendis; de ædificiis aureis et argenteis incomparabiliter, illo edocente, fabricatis, de aulis et cambris[4] regalibus, lapideis et ligneis, suo jussu mirabiliter constructis, de villis regalibus lapideis, antiqua positione mutatis, et in decentioribus locis regali imperio decentissime constructis? Divino sane fultus adminiculo, solus regni gubernaculum semel susceptum, titubare ac vacillare, quamvis inter fluctivagas ac multimodas[5] præsentis vitæ turbines, non sinebat.

Ælfred begins to read and translate.

His bodily sufferings.

His acts government.

---

[1] die *A.*

[2] *Et eo amplius.*] Quem nunc agit *A.*

[3] *Qua.*] So Asser; *MSS. et editt.* quo.

[4] *Cambris.*] Cameris, *editt.*

[5] *Fluctivagas ac multimodas.*] Fluctivagos ac multimodos, *A.*

Nam assidue suos episcopos, comites, ac nobilissimos sibique dilectissimos ministros, et præpositos suos, leniter docendo, hortando, imperando, ad ultimum inobedientes, post longam patientiam, acrius castigando, vulgarem stultitiam et pertinaciam omnimodo abominando, ad suam voluntatem, et ad communem totius regni utilitatem sapientissime attrahebat. At si inter regalia exhortamenta, propter pigritiam populi, imperata non implerentur, aut tarde incepta, tempore necessitatis ad utilitatem exercentium minus finita non pervenirent,[1] ut de castellis ab eo imperatis adhuc non inceptis loquar, aut nimium tarde inceptis ad perfectum finem non perductis, et hostiles copiæ terra marique irrumperent, tunc contradictores imperialium definitionum, sera pœnitentia attriti,[2] regalia se præcepta incuriose despexisse doluere, regalemque sapientiam collaudantes, quod antea refutavere, totis viribus implere promisere. Inter cætera quæ rex idem gessit bona, duo construere imperavit monasteria; unum monachorum in loco qui dicitur Æthelinga-eg,[3] ubi diversi generis monachis coadunatis, primitus Johannem presbyterum et monachum, genere Eald-Saxonum, abbatem constituit; aliud quoque monasterium juxta orientalem portam Sceaftesbyrig, habitationi sanctimonialium habile, idem rex ædificare imperavit, in quo propriam filiam Æthelgeofu, devotam Deo virginem, abbatissam constituit; quæ duo monasteria terrarum possessionibus omnibusque divitiis locupletatim ditavit. Ad hæc etiam dimidiam partem omnium divitiarum, quæ annualiter ad eum cum justitia adquisitæ pervenire consueverant, Deo devote et

Monasteries at Athelney and Shaftesbury founded.

Division of his revenue.

[1] Provenirent *A.*, provenissent *L.*

[2] *sera . . . attriti.*] Inani pœnitentia pæne exinaniti *A.*

[3] Athelney.

fideliter se daturum spopondit, quod mentis alacritate sapienter adimplere studuit. Denique, consilio divinitus invento, omnium uniuscujusque anni censuum successum bifarie primitus ministros suos dividere æquali lance imperavit. His ita divisis, partem primam in tres portiones sequestrari præcepit, quarum primam[1] suis ministris nobilibus, qui in cultu regio vicissim commorabantur in pluribus ministrantes ministeriis, annualiter largiebatur: in tribus namque cohortibus præfati regis satellites prudentissime dividebantur, adeo ut prima cohors uno mense in cultu[2] regio die noctuque administrans commoraretur; menseque finito, et alia cohorte adveniente, prima domum redibat, et ibi propriis quis necessitatibus studens, duobus commorabatur mensibus. Secunda itaque cohors, mense peracto, adveniente tertia, domum redibat, ut ibi duobus commoraretur mensibus; sed et illa, finito unius mensis ministerio, et adveniente prima cohorte, domum redibat, ibidem duobus commoratura mensibus. Hoc ordine omni vitæ suæ tempore talium vicissitudinum in regali cultu[2] rotabatur administratio. Secundam vero partem operatoribus, quos ex multis gentibus collectos vel etiam comparatos propemodum innumerabiles habebat, in omni terreno ædificio edoctos. Tertiam autem advenis ex omni gente ad eum venientibus, longe propeque positis, et pecuniam ab illo exigentibus, etiam et non exigentibus, mirabili dispensatione hilariter impendebat. Secundam autem partem omnium divitiarum suarum, quæ annualiter ad eum ex omni censu perveniebant, in quatuor æquas partes curiose suos ministros dividere im-

[1] *Primam.*] Suis bellatoribus, item *A. add.*

[2] Curto *A.*

peravit, ea conditione, ut prima pars pauperibus uniuscujusque gentis qui ad eum veniebant discretissime erogaretur; secundam duobus monasteriis quæ ipse fieri imperaverat, et in his Deo servientibus; tertiam scholæ quam ex multis gentis suæ nobilibus et etiam pueris ignobilibus studiosissime congregarat; quartam circumfinitimis in omni Saxonia et Mercia monasteriis, et etiam quibusdam annis per vices in Britannia, Cornubia, Gallia, Armorica, Northhymbria, et in Hibernia, ecclesiis, secundum possibilitatem suam distribuit. His ita ab eo ordinabiliter dispositis, dimidiam etiam partem servitii mentis et corporis, in quantum infirmitas, possibilitas, atque suppetentia permitteret, diurno scilicet ac nocturno tempore, totis viribus se redditurum Deo spopondit. Unde excogitare cœpit qua ratione promissum voti sui tenorem lethotenus incommutabiliter conservare posset. Tandem invento utili discretoque consilio, sibi ceram sufficientem offerri, et ad denarios pensare in trutina[1] præcepit; cumque tanta cera mensurata fuisset quæ LXXII. denarios pensaret, sex candelas, unamquamque æqua lance, capellanis suis inde facere mandavit; ita ut unaquæque candela XII. uncias pollicis in se signatas in longitudine haberet. Itaque hac reperta ratione, sex illæ candelæ per XXIV. horas die noctuque sine defectu coram multorum sanctorum reliquiis, quæ semper cum eo ubique comitabantur, ardebant."

Division of his time.

"Erat præterea rex idem in exequendis judiciis, sicut in cæteris aliis omnibus rebus, discretissimus indagator: nam omnia pene totius suæ regionis judicia, quæ in absentia sua fiebant, sagaciter investigabat qualia fierent, justa aut etiam

His judicial administration.

[1] bilibri *A*.

injusta, aut si aliquam in illis judiciis iniquitatem intelligere posset, leniter illos ipsos judices, aut per se ipsum aut per alios suos fideles, quoslibet interrogabat, quare tam nequiter judicassent, utrum per ignorantiam, aut propter aliam quamlibet malevolentiam, id est, utrum pro aliquorum amore, vel timore, aut odio, aut etiam pro alicujus pecuniæ cupiditate? Denique si illi judices profiterentur, propterea se talia judicasse, eo quod nihil rectius de his rebus scire poterant, tunc ille discrete ac moderanter illorum imperitiam et insipientiam redarguens, aiebat, ita inquiens, 'Nimium admiror vestram hanc insolentiam, eo quod Dei dono et meo sapientium ministerium et gradum usurpastis, sapientiæ autem studium operamque neglexistis: quapropter aut terrenarum potestatum ministeria quæ habetis illico dimittatis, aut sapientiæ studiis multo devotius quam hactenus insistere, mando, studeatis.' Quibus auditis verbis perterriti, ac veluti pro maxima vindicta correcti, comites et præpositi ad æquitatis discendæ studium totis viribus se vertere nitebantur; ita ut mirum in modum illiterati ab infantia, comites penes omnes præpositi ac ministri, literatoriæ arti studerent, malentes insuetam disciplinam laboriose discere quam potestatum ministeria dimittere. Verum si aliquis litteralibus studiis, aut pro senio, vel etiam pro nimia inusitati ingenii tarditate, proficere non valeret, suum, si haberet, filium, aut etiam aliquem propinquum suum, vel etiam, si aliter non haberet, suum proprium hominem, liberum vel servum, quem ad lectionem longe ante promoverat, libros ante se die noctuque, quandocunque ullam haberet licentiam, Saxonicos imperabat recitare. Ipsi vero senes nimium suspirantes, intima mente dolebant eo quod in juventute sua talibus studiis

non studuerant, fœlices arbitrantes hujus temporis juvenes, qui liberalibus artibus fœliciter erudiri poterant; se vero infœlices existimantes, qui nec hoc in juventute didicerant, nec etiam in senectute, quamvis inhianter desiderarent, discere poterant."

A. D. 889. Beocca conveys the alms to Rome. Death of Æthelswith queen of Mercia; of the ealdorman Æthelwold; of Æthered abp. of Cant.; succession of Pleigmund.

Dux nobilis, Beocca nomine, Ælfredi regis et West-Saxonum eleemosynam Romam detulit. Eodem anno soror regis Æthelswitha, Burhredi regis Merciorum regina, est defuncta, et apud Ticinum[1] sepulta. Quo etiam anno dux Æthelwoldus, et Dorubernensis archiepiscopus Ætheredus in uno mense obierunt,[2] cui in archiepiscopatu successit Pleigmundus, literis nobiliter instructus.[3]

A. D. 891. The abbot Beornhelm conveys the alms to Rome. Death of Guthrum.

Abbas Beornhelmus Ælfredi regis et West-Saxonum eleemosynam Romam portavit. Guthrum, rex Northmannicus, quem, ut præfati sumus, de sacro fonte rex suscipiens Ælfredus, nomen ei Æthelstan imposuit, hoc anno obiit. Hic in Orientali Anglia cum suis habitavit, et provinciam illam, post martyrium sancti regis Eadmundi, primitus incoluit et possedit. Eodem anno sæpe dictus exercitus Paganorum Sequanam deserens, locum qui dicitur Santlaudan,[4] inter Franciam et Armoricam[5] situm, adiit; contra quos Britones pugnaverunt, et eorum quibusdam in ore gladii peremptis, quibusdam vero in fugam versis, et quodam in flumine mersis, victores extiterunt.[6]

Battle between the Danes and Bretons.

A. D. 892. The emperor Arnulf defeats the Danes.

Memoratus Paganorum exercitus Occidentali Francia derelicta, Orientalem adiit; sed priusquam illo classis eorum venire posset, imperator

[1] *Ticinum.*] Pavia. Sax. Chron.
[2] Sax. Chron. a. 888.
[3] *cui . . . . . instructus.*] Sax. Chron. a. 890.
[4] *Santlaudan.*] St. Lo.
[5] *Armoricam.*] Brittany.
[6] Sax. Chron. a. 890, though one MS. has 891.

Arnulfus cum Orientalibus Francis, Antiquis Saxonibus, Bawariis, contra pedestrem exercitum pugnam iniens, in fugam vertit.[1] Tres Scottici viri Dusblan, Mahbethu, Malinmumin,[2] peregrinam ducere vitam pro Domino cupientes, assumpto secum unius hebdomadæ viatico, occulte de Hibernia fugerunt, carabumque qui coriis tantum ex duobus et dimidio factus erat, intraverunt, mirumque in modum, sine velo et armamentis, post septem dies, in Cornubia applicuerunt, et postmodum regem Ælfredum adierunt. Eodem anno Swifneh doctor Scottorum peritissimus obiit. Quo etiam anno stella quæ cometes dicitur circa Rogationes visa est.[3]

Arrival of three Scottish pilgrims in England.

Swiftneh ob.

A comet.

A.D. 893.

The Danes land in Sussex.

Classicus et equestris Paganorum exercitus, Orientalem Franciam deserens, Bononiam[4] adiit, indeque simul cum suis equis CC.L. navibus Cantiam transvectus, in ostio amnis Limenæ, qui de silva magna Andred nominata decurrit, applicuit; a cujus ostio quatuor milliariis in eandem silvam naves suas sursum traxit, ubi quandam arcem semistructam, quam pauci inhabitabant villani, diruerunt, aliamque sibi firmiorem in loco qui dicitur Apultreo,[5] construxerunt. Nec diu post Hæsten rex Paganus cum LXXX. paronibus

Hasting enters the Thames and

---

[1] *Vertit.*] This battle, which Florence assigns to the year 892, was fought on Sept. 1. a. 891, on the banks of the Dyle, near Louvain. According to Wittekind, the loss of the Northmen amounted to 100,000 men, while the Danish chroniclers estimate it at 9000 or 10,000. Twelve of their leaders are said to have fallen. The course of the river was obstructed by the corpses of the slain. This battle freed the interior of Germany for ever from the invasions of the Northmen. See Depping, 'Expeditions,' etc. t. II. p. 35, and the authorities there cited; also Sax. Chron. a. 891.

[2] *Malinmumin.*] Dubslane, Macbethu and Maclinmum. Sax. Chron.

[3] *Cometes . . . . . visa est.*] 29 May. Sax. Chron. Defuncto Swithelmo Shireburnensi episcopo, successit Ethilwerdus. *Add. alia manu.*

[4] *Bononiam.*] Boulogne.

[5] *Apultreo.*] Apuldore.

fortifies himself at Middleton.

ostium Tamensis fluminis intrans, munitionem sibi in regia villa quæ Middeltun dicitur ædificavit.[1]

A. D. 894. The Northumbrian and East Anglian Danes violate their treaty.

Pagani, qui Northymbriam incoluere, cum Ælfredo rege pacem firmam juramentis stabiliere: similiter et qui East-Angliam inhabitavere, datis insuper sex obsidibus, fecere; sed fœdere dirupto, quotiescunque exercitus in Cantia residentes prædandi causa de suis munitionibus exiere, ipsi tunc aut cum illis perrexere, aut per se, ubicunque potuere, prædam egere.

Ælfred marches against them,

Quo cognito, rex Ælfredus partem exercitus secum assumens, partem, ut solebat, domi relinquens, nonnullos etiam præsidii causa in castellis urbibusque constituens, Cantiam festinato proficiscitur, et inter utrumque Paganorum exercitum, loco quidem situ naturali munito, utpote aquis plene circumfluentibus, undis admodum crispantibus, scopulis altis, silvis undique se protelantibus, castrametatus est; ita sane ut si aliquem campum prædæ vel prœlii causa peterent, sine cunctatione cum illis certamen iniret. At illi, nunc pedestres nunc equestres, turmatim latrocinando, prædam illis in partibus frequentabant, ubi regis exercitum abesse videbant; quibus tamen inopinantibus, non solum de regia expeditione, sed et de urbibus plerique singulis fere diebus ac noctibus cædem intentant, adeoque perturbant, ut Cantiam relinquentes denuo prædatum simul omnes sedibus exirent; nam in prædam simul exierant dum illis in locis primitus habitare cœperant: sed hac vice majorem uberioremque prædam ceperunt, Tamensemque fluvium transire, East-Saxoniam adire, sicque classicæ manui quam præmiserant cum præda obviare decreverunt. Verum ab exercitu

[1] Sax. Chron.

regis præventi, prœlio cum eis juxta Fearnham commisso, prædaque simul erepta, cum equis, quos de transmarinis partibus adduxerant, in fugam omnes vertuntur, Tamenseque fluvio sine vadis transito, in insulam quandam intra meatum Colniæ amnis sitam fugerunt; ubi tam diu obsidione cinguntur, donec regio exercitui et esca deficeret, et statutum tempus jam adveniret quo domum rediret, aliusque illo dirigeretur exercitus. Quo domum redeunte, et Ælfredo rege cum sui exercitus medietate illo properante, Pagani, quia rex illorum oppido vulneratus erat, ideoque secum ducere ipsum non potuerunt, ibidem resederunt. Rex vero Ælfredus nondum ad expugnandum hostem iter peregerat, et ecce, nunciatur ei Paganos Northhymbriam et East-Angliam incolentes CC.XL.[1] naves congregasse, et quosdam illorum australem Angliæ plagam centum navibus, quosdam vero septentrionalem plagam XL. navibus circumnavigasse, illos Exanceastram, istos arcem quandam apud Domnaniam non modica manu obsedisse. His auditis, non hostium audacia in timorem, sed de suis in obsidione relictis, rex vertitur in furorem. Nec mora, omnem equitatum reducens, Exanceastram adiit; paucis tamen ad debellandum quem insequebatur hostem relictis. Ii Lundoniam usque pergentes, cum civibus et cum illis qui sibi ab occidentali Angliæ plaga in auxilium venerant, Beanflotam adveniunt; illuc enim maximam exercitus conductionem, quæ apud Apultreo resederat, convenisse, regemque Hæsten cum suo exercitu de Middeltun advenisse, ibique munitionem sibi construxisse, sed tunc denuo in prædam audierant descendisse: nam idem paulo ante, cum rege

and defeats them at Farnham.

The Danes besiege Exeter.

---

[1] CC.XL.] An error probably for C.XL. Sum hund scipa. Sax. Chron.

Ælfredo pace stabilita, obsides quamplures dederat, insuperque duos filios lavacro salutari regenerandos, ut ipse rex petierat Ælfredus, tradiderat; quorum unum ipse rex Ælfredus, alterum de fonte suscepit dux nobilissimusÆtheredus. Sed Beanflotam rex Hæsten perveniens, facta citato munitione, mox fines regni compatris sui Ætheredi devastat. Inito ergo cum Paganis gravi prœlio, Christiani prima congressione illos in fugam vertunt, opus exstructum destruunt, quæque reperiunt sumunt, mulieres cum filiis Lundoniam secum ducunt, naves quasdam confringunt, quasdam incendunt, quasdam Lundoniam, vel ad civitatem Hrofi deducunt. Uxorem quoque regis Hæsten cum duobus filiis, priusquam ille Beanflotam a præda rediret, cœperunt, et ad regem Ælfredum perduxerunt; quibus ille mali nil intulit, nam alter suus, ut diximus, alter Ætheredi ducis erat filiolus; sed, pace denuo stabilita obsidibusque datis, roganti patri non solum uxorem et filios, verum etiam non modicum pecuniæ reddidit; qui denique prædictorum labore suorum solicitatus, postquam Exanceastram advenerat, Pagani, adventu illius territi, naves petunt; sicque suas sedes repetentes, prope civitatem quæ lingua Anglorum Cissaceastre dicitur, in provincia Australium Saxonum, prædam agunt; sed ab urbem inhabitantibus fugati, maximaque pars illorum vulnerata et cæsa, quampluresque de navibus eorum captæ sunt. Interea Paganorum exercitus de Beanflote, ut diximus, a Christianis fugati, urbem quæ lingua Anglorum Sceobyrig in East-Saxonia sitam adeunt, firmamque sibi munitionem ibidem construunt; quibus de East-Anglia et Northhymbria sociatis Paganorum quampluribus, prius per Tamensis, postmodum per Sabrinæ fluminis

Hasting defeated at Benfleet.

His wife and children captured.

The Danes plunder about Chichester;

proceed to Shoebury,

and plunder along the Thames and Severn.

ripas prædam agunt. Quorum nimiam infestationem duces nobilissimi, Ætheredus, Æthelmus, Æthelnothus, cæterique ministri regis, quos ipse præsidii causa per munitiones, per oppida, per urbes, non solum in orientali plaga Pedredan,[1] sed etiam in occidentali plaga Sealwde, nec solum in australi, sed et in septentrionali plaga fluminis Tamensis constituerat, non ferentes, in hostem haud modicum congregant exercitum, Walensibus, qui occidentalem Sabrinæ plagam inhabitabant, sibi in auxilium occurrentibus. Conglobati itaque in unum, hostem vadunt insecutum, quem apud Buttingtun in ripa Sabrinæ fluminis sitam comprehenderunt, et mox in quam fugerant munitionem ex utraque parte amnis obsidere cœperunt. Multis autem peractis hebdomadibus, Paganorum quidam fame moriuntur, quidam vero, equis jam comestis, munitione erumpentes, cum illis qui in orientali parte fluminis erant, prœlium committunt; sed multis Paganorum millibus cæsis, cæterisque omnibus in fugam versis, Christiani loco funeris dominantur: in qua pugna Ordeah nobilissimus, multique de ministris regis occisi sunt. Cumque Pagani qui aufugerant, East-Saxoniam reversi, ad suas munitiones et ad naves venissent, hieme jam incumbente, magnum rursus de East-Anglia et North-hymbria exercitum congregant; commendatisque uxoribus, pecunia, navibusque suis in East-Anglia, relictisque munitionibus, sine intermissione iter agunt, et Civitatem Legionum, tunc temporis desertam, quæ Saxonice Legeceaster dicitur, priusquam regis Ælfredi et Ætheredi subreguli exercitus, qui illos insecutus est, assequi poterant, intrant: nonnullos tamen illorum

They are defeated at Buttington.

They collect another army,

and proceed to Chester.

---

[1] The Parret.

comprehendentes interficiunt, pecudes et pecora, quæ deprædando ceperant, excutiunt, biduo civitatem obsident, segetes partim igne comburunt, partim sonipedibus distribuunt. Hæc acta sunt post anni circulum, ex quo partibus de Gallicis ostium amnis Limenæ intraverant.[1]

A. D. 895. They plunder North Wales.

Sæpe dictus Paganorum exercitus, quia unde viverent non habebant, cuncta enim illis Christiani abstulerant, terram Septentrionalium Britonum petunt, quam longe lateque devastantes, prædam quam maximam secum educunt. Et quoniam propter Mercenses repedare per Merciam non audebant, prius per Northhymbriam, deinde per Mediterraneam Angliam, uxoribus navibusque suis receptis in East-Anglia, modicam quandam insulam, Meresig dictam, et in orientali plaga East-Saxoniæ in mari sitam, adeunt. Eodem anno iidem ipsi per fluvium Tamensem, et postmodum per amnem Ligean, suas naves sursum traxerunt, sibique munitionem prope ipsum amnem, xx. milliariis a Lundonia, ædificare cœperunt.[1]

They occupy the isle of Mersey; ascend the Thames and Lea, and fortify themselves.

A. D. 896. The Londoners attempt to destroy the Danish entrenchment.

Æstatis tempore, magna pars civium Lundoniensium, et de vicinis locis quamplures, munitionem quam sibi Pagani ædificarant destruere moliuntur; sed illis fortiter resistentibus, Christiani in fugam vertuntur, quatuorque de ministris regis Ælfredi occiduntur. Ipse autem rex, autumnali tempore, non longe ab urbe castrametatus est, ea de causa, ne Pagani messem provincialibus vi auferrent. Quodam vero dierum per ripas amnis rex equitans, consideravit quonam in loco alveum illius obstrueret, ne Dani suas extrahere naves possent: nec mora, ex

Ælfred erects two forts.

[1] The foregoing is from the Saxon Chronicle, though apparently from a MS. varying considerably from those now extant.

utraque amnis parte obstructuram fieri mandat. Quod ubi Paganis innotuit, uxoribus in East-Anglia denuo commendatis, navibusque relictis, locum qui Quattbrycge dicitur pedestres celeri fuga petunt, constructaque sibi munitione, hiemem ibidem exigunt; quarum navium Lundonienses quasdam Lundoniam vehunt, quasdam vero penitus confringunt.

The Danes retire to Quatbridge;

Æstivo tempore, Paganorum exercitus, qui apud Cwatbrycge hiemaverat, pars quædam East-Angliam, pars quædam Northhymbriam petit; ex quibus nonnulli ibidem remanserunt, nonnulli vero, navibus acquisitis, sæpe dictum flumen Sequanam adierunt. O quam crebris vexationibus, quam gravibus laboribus, quam diris modisque lamentabilibus, non solum a Danis qui partes Angliæ tunc temporis occupaverant, verum etiam ab his Satanæ filiis tota vexata est Anglia. Multo magis tamen per triennium, et animalium peste et hominum mortalitate nobiliorum, maxime regis ministrorum, qui per idem tempus defuncti sunt, vexabatur; in quibus erat Suithulfus Hrofensis ecclesiæ præsul, Ealheardus Dorcecestrensis episcopus, Ceolmundus dux Cantwariorum, Beorhtwlfus dux Orientalium Saxonum, Eadulfus in Suth-Saxonia regis minister, Beornwlfus Wintoniensium præpositus,[1] Ecgulfus strator regius,[2] et quamplures alii, licet hi essent nobilissimi. Eodem anno exercitus Paganorum in East-Anglia et Northhymbria residentium furtivam prædam circa ripas maris agentes, terram Occidentalium Saxonum graviter vexabant, maxime longis celeribusque navibus,[3] quas ipsi ante plures

A.D. 897. thence they proceed to East Anglia and Northumbria: some to the Seine.

A pestilence.

The Danes infest the coasts of Wessex.

[1] *Wintoniensium præpositus.*] 'The wic-reeve at Winchester.' Sax. Chron.

[2] *Strator regius.*] 'The king's horse-thane.' Sax. Chron., where Wulfred the ealdorman of Hampshire is named among the victims.

[3] *Longis celeribusque navibus.*] The 'æscas' of the Northmen.

Ælfred builds large ships.

annos fabricarant; adversum quos bis longiores, altiores, celeriores minusque nutantes, ex præcepto regis Ælfredi fabricantur naves, quarum violentia prædictæ hostium naves superari possent. Quibus in mare missis, mandat rex ut quos capere possent, vivos caperent, et quos vivos capere nequirent, occiderent. Unde actum est ut eodem anno XX. naves Danicorum piratarum caperentur, quorum quidam occiduntur, quidam vivi ad regem ducuntur, et in patibulo suspenduntur.[1]

A. D. 900. Heahstan bp. of London, and Eardulf of Lindisfarne ob.; succeeded by Theodred and Cuthard.

Heahstanus Lundoniæ episcopus obiit,[2] cui successit Theodredus. Eardulfus Lindisfarnensis præsul decessit, cui vir religiosus Cuthardus successit.

A. D. 901. Death of King Ælfred.

Famosus, bellicosus, victoriosus, viduarum, pupillorum, orphanorum pauperumque provisor studiosus, poetarum Saxonicorum peritissimus, suæ genti carissimus, affabilis omnibus, liberalissimus; prudentia, fortitudine, justitia, temperantia præditus; infirmitate quam assidue laborabat patientissimus, in exequendis judiciis indagator discretissimus, in servitio Dei vigilantissimus et devotissimus, Angul-Saxonum rex ÆLFREDUS, piissimi regis Athulfi filius, XXIX. annis,[3] sexque mensibus regni sui peractis, indictione quarta, mortem obiit, feria quarta, V. kal. Novembris [28 Oct.], et Wintoniæ in Novo Monasterio sepultus, beatæ immortalitatis stolam,

---

[1] *Suspenduntur.*] Sax. Chron. Defuncto Scireburnensi episcopo Æthelwardo, cessavit episcopatus VII. annis, vi hostilitatis cogente. *A. add. alia manu,* ex W. Malm. With regard to these naval transactions, the narrative in the Chronicle is much more circumstantial than that of Florence.

[2] Sax. Chron. a. 898.

[3] XXIX. *annis.*] As Ælfred began to reign in April 871 and died in Oct. 901, we ought, instead of xxix. to read xxx. The Saxon Chronicle, with still greater inconsistency, limits his reign to twenty-eight years and a half, and for v. kal. has vii. kal., or 26 Oct.

et resurrectionis gloriam cum justis expectat. Huic filius successit Eadwardus, cognomento Senior, litterarum cultu patre inferior, sed dignitate, potentia, pariter et gloria superior; nam, ut in sequentibus clarebit, multo latius quam pater fines regni sui dilatavit, siquidem civitates et urbes multas ædificavit, nonnullas vero destructas reædificavit; totam East-Saxoniam, East-Angliam, Northhymbriam, pluresque etiam Merciæ provincias, quas Dani multo possederant tempore, manibus illorum extorsit; Merciam, post obitum suæ germanæ Ægelfledæ,[1] totam obtinuit et possedit; Scottorum, Cumbrorum, Streatgledwalorum, omnesque Occidentalium Britonum reges in deditionem accepit; reges et duces ab eo, prœlio victi, cæsique quamplurimi. Ex muliere nobilissima[2] Ecgwyna filium suum primogenitum Æthelstanum, ex regina autem sua Eadgiva filios tres Eadwinum, Eadmundum, Eadredum, filiamque, Deo devotissimam virginem, Eadburgam, tresque insuper habuit filias; quarum unam Otto, Romanorum imperator octogesimus nonus, alteram vero in conjugem habuit rex Occidentalium Francorum Karolus;[3] cujus amitam, Karoli scilicet imperatoris filiam, uxorem duxit rex Occidentalium Saxonum Athulfus; tertiam autem filiam in uxorem habuit rex Northanhymbrorum Sihtricus.[4] Hujus videlicet regis Eadwardi patruelis, clito Æthelwoldus, regiam villam, Twe-

Succession of Eadweard the Elder. Summary of his acts.

His progeny.

The ætheling Æthelwold seizes

[1] *Ægelfledæ.*] In MS. *C.* proper names beginning with 'Æthel' are generally written 'Ægel,' a corruption to be found also in the Saxon Chronicle.

[2] *Nobilissima.*] 'Opilionis filia.' W. Malm. p. 222, where see the romantic story of Æthelstan's birth.

[3] *Karolus.*] Charles the Simple.

[4] *Sihtricus.*] This account of Eadward's offspring is extremely incorrect and defective, omitting all mention of his queen Ælflæd. See W. Malm. p. 197, and the table in Lappenberg, II. p. 369.

Twineham and Winburne.

oxebeam nominatam, sine licentia regis primorumque ejus, invasit; alteram quoque Winburnan dictam invasit, portis serisque obfirmavit: quo in loco, ut præfati sumus, sancta Cuthburga, Ini regis germana, Deo devotarum virginum construxit monasterium. Qua re cognita, rex Eadwardus, collecto exercitu, in loco qui lingua Anglorum Baddanbyrig[1] dicitur, prope Winburnan castrametatus est. Nec mora, clitoni rex mandat exire nequaquam differat: negat ille; velle se dicens vitam vel mortem ibidem manere. Sed hæc frustra; nam regii exercitus multitudinem timens, nocte fugam iniit, Northhymbriam petit, Danos exposcit, ut non tam ducem se quam commilitonem recipiant, unumque ex collegio suo esse velint; quem in regia mox illi dignitate præficiunt sibi. Conquestus vero rex talis fugæ injuriam, quam citius suis mandat illum insequi; verum ubi cognovit eum non posse comprehendi, sanctimonialem, quam absque sua et episcoporum licentia uxorem duxerat, captam jubet ad suum monasterium Winburnan reduci.[2]

He escapes to Northumbria, and becomes King of the Danes there.

A. D. 903. Death of the ealdorman Athulf; of the abbot Virgilius, and of Grimbald.

Strenuissimus dux Athulfus, Ealhswithæ reginæ, matris regis Eadwardi, germanus, et venerabilis abbas de Scottia Virgilius, obierunt. Sanctus etiam presbyter Grimbaldus, magnæ vir sanctitatis, unusque magistrorum Ælfredi regis, gaudia scandit regni cœlestis [8 Jul.].[2]

A. D. 904. Battle with the Danes at Holme. The ætheling Æthelwold returns.

Cantwarienses cum multitudine Danicorum piratarum, in loco qui Holme dicitur pugnaverunt,[3] et victores extiterunt. Multarum apparatu navium, quas vel acquisierat, vel quas de East-Saxonia contraxerat, clito Æthelwoldus in Angliam de transmarinis redit partibus.[2]

---

[1] *Baddanbyrig.*] Badbury near Winburne.

[2] Sax. Chron.

[3] Sax. Chron. a. 902, but without any mention of the result.

Eclipsis lunæ facta est.[1] Magna prædæ portione promissa, clito Æthelwoldus suadet Danis East-Angliam inhabitantibus ut secum prædatum vadant in fines Merciorum. Cui consentientes, mox cum rege Eohrico simul et Æthelwoldo Merciorum fines irrumpunt, prædæque instantes, cuncta cædunt ferro, flamma cætera destruunt, tandemque Creccanfordam[2] usque perveniunt, ubi Tamensi fluvio transito, et silva quæ Saxonice Bradene vocatur peragrata, villas circumcirca positas invadunt, quæque reperiunt diripiunt. Jamque prædæ ubertate ditati, domum advolant læti: sed frustra; namque rex invictissimus Eadwardus, congregatam quam citius poterat expeditionem post eos movens, terras illorum, quæ inter terræ limitem sancti regis Eadmundi[3] et flumen Usam sitæ sunt, devastat: qui a devastatione reversurus, cunctum exercitum simul exire mandat: cujus jussa spernentes Cantwarienses, ibidem remanserunt; ad quos rex septem nuncios mittens, ut exirent præcepit. Verum illi nil hostilitatis formidantes, in quo cœperant securi permanserunt. Quo cognito, Dani festinato in unum conglobati, repente super eos irruerunt, commissoque gravi prœlio, multi ex his et ex illis ceciderunt. Dux Sigulfus cum Sibrihto filio, comes Sigelmus, regis minister Eadwoldus, abbas Kenulfus, quamplures que alii ex parte ceciderunt Cantwariorum.[4] Ex parte vero Danorum cecidit Eohric rex illorum, clito Æthelwoldus,[5] quem sibi

A.D. 905. Eclipse of the moon. Æthelwold with the Danish king Eohric plunders Mercia.

Æthelwold and Eohric defeated and slain.

Names of the slain.

---

[1] Sax. Chron. a. 904, *recte*.

[2] *Creccanfordam.*] Sax. Chron. Creccagelád, now Cricklade.

[3] *Terræ .... Eadmundi.*] Sax. Chron. 'betwuh dicum,' *between the dikes*. See Lappenberg's England, I. p. 242.

[4] *Cantwariorum.*] Among the slain, the Chronicle names also Eadwald son of Acca.

[5] *Æthelwoldus.*] To these the Chronicle adds Byrhtsige son of Beornoth, Ysopa the hold, and Oscytel the hold. In the Latin documents these holds are called *duces*. Their wergild (4000

regem delegerant, multoque plures quam ex Anglis corruerunt; loco tamen funeris dominati sunt.[1] Religiosa Christi famula Ealhswitha regina, mater regis Eadwardi, vita decessit, quæ sanctimonialium monasterium Wintoniæ construxit.[2]

Death of queen Ealhswith.

A. D. 906. Peace concluded at Yttingaford.

Cometa stella visa est.[3] Paganorum exercitus de East-Anglia et Northhymbria invictum esse regem Eadwardum scientes, pacem cum eo faciunt in loco qui lingua Anglorum Yttingaford dicitur.[4]

A. D. 908. Chester restored.

Civitas quæ Karlegion Britannice, et Legeceastre dicitur Saxonice, jussu Ætheredi ducis et Ægelfledæ, restaurata est.[1]

A. D. 909. Denulf bp. of Winton ob.;

Denulfus Wintoniensis præsul obiit.[5]

A. D. 910. succeeded by Frithestan. St. Oswald's body removed from Bardney. Eadweard ravages Northumbria.

Mortuo Denulfo, S. Frithestanus successit ei in episcopatum.[1] S. Oswaldi regis et martyris ossa de Bearthoneig in Merciam translata sunt.[6] Rex invictissimus Eadwardus, quia pactum, quod secum Dani pepigerant, prævaricati sunt, West-Saxonum et Merciorum exercitum in Northhymbriam misit; qui cum illo venisset, per XL. ferme dies eam devastare non cessantes, quamplures Danorum occiderunt, multos etiam captos cum maxima præda secum reduxerunt; et reges ducesque eorum, vellent nollent, cum rege Eadwardo pacem quam fregerant redintegrare compulerunt.

A. D. 911. Battle at Teotanheal.

In provincia Stæffordensi, in loco qui dicitur

---

thrymsas) was double that of a thane. According to Biörn, a hölldr is *dominus fundi aviti, vel allodialis.* The index to the Grágás describes him as *colonus odalicus, vel fundum avitum tenens.*

[1] Sax. Chron.

[2] Sax. Chron., where her death is also mentioned under a. 902.

[3] Sax. Chron. a. 905. xiii. kal. Nov.

[4] Sax. Chron. a. 507. Yttingaford is supposed to be either Ifford near Christchurch, or Ickford in Bucks.

[5] Sax. Chron. Defuncto Kinefertho Licetfeldensi antistite, successit Tunbrihtus. *Add. alia manu.*

[6] Sax. Chron. a. 909.

Teotanhele,[1] inter Anglos et Danos, insigne prœlium actum est, sed Angli potiti sunt victoria.[2] Eodem anno victoriosus rex Eadwardus, centum naves coadunans, milites legit, naves conscendere jussit, sibique per terram iter facturo occurrere in Cantia præcepit. Interea Danorum exercitus, qui Northhymbriam inhabitabant, fœdere quod cum eo statuerant rursus dirupto, et omni rectitudine, quam ipse suique primates eis obtulerant, spreta, agros Merciorum ausu temerario depopulati sunt; æstimantes sane majus robur in navibus esse, et se quocunque vellent sine prœlio ire posse. Quod ubi rex audivit, exercitum West-Saxonum simul et Merciorum ad repellendos eos misit; qui cum illos a depopulatione revertentes, in campo qui lingua Anglorum Wodnesfeld dicitur comprehendissent, duos reges eorum Eowils et Halfdene, fratres regis Hinguari, comitesque duos, Ohter et Scurfa, novemque proceres nobiliores,[3] multaque millia extinxerunt; cæterisque fugatis, omnem prædam excusserunt.[4] Ægelfleda, Merciorum domina, urbem Bremesbyrig construxit.[5]

and at Wodnesfield.

Æthelflæd builds Bremesbyrig.

A. D. 912.

Death of the ealdorman Æthered.

Eximiæ vir probitatis, dux et patricius, dominus et subregulus Merciorum, Ætheredus, post nonnulla quæ egerat bona, decessit;[4] post cujus mortem uxor illius Ægelfleda, regis Ælfredi filia, regnum Merciorum, exceptis Lundonia et Oxenoforda, quas suus germanus rex Eadwardus sibi retinuit, haud brevi tempore strenuissime tenuit.

---

[1] *Teotanhele.*] i. e. Tetonhale juxta Wlfrehampton. *A. suprascr. man. rec.*

[2] Sax. Chron. a. 910. 6 Aug.

[3] *Nobiliores.*] Among the slain the Chronicle also enumerates Othulf the hold, Benesing the hold, Anlaf the Black, Thurferth the hold, Osferth Hlytte, Guthferth the hold, and Agmund the hold.

[4] Sax. Chron.

[5] Sax. Chron. a. 910.

A.D. 913. Æthelflæd builds forts at Scargate and Bridgenorth.

Ægelfleda Merciorum domina II. nonas Maii [6 Maii] cum exercitu ad locum qui Sceargete dicitur venit, ibidemque arcem munitam construxit: dehinc in occidentali plaga Sabrinæ fluminis, in loco qui Brycge dicitur, aliam ædificavit.[1] Circa festivitatem S. Martini [11 Nov.], jussu regis Eadwardi, apud Heortfordam, inter amnes Memeran, Ficcean,[2] Lygean, in plaga septentrionali urbs conditur.[3]

Hertford built.

A.D. 914. The Danes ravage Oxfordshire and Herts.

Post Pascha [17 Apr.] exercitus Paganorum de Northanhamtune et de Leogereceastre[4] in Oxenofordensi provincia prædam egerunt, et in regia villa Hokernetune, et in multis aliis villis quam plures occiderunt; quibus domum reversis, alius mox equitatus paratur, et in provinciam Heortfordensem versus Lygetun mittitur. Sed illis ad obsistendum provinciales confluebant, et multis ex eis occisis ceterisque in fugam versis, equos nonnullos, et arma illorum quamplura extorquebant, prædamque quam ceperant reducebant.[5] Relictis quibusdam ad ædificationem urbis in australi plaga Lygeæ amnis, rex Eadwardus, post Rogationes [23 Maii], cum majori parte exercitus, East-Saxoniam profectus, in Mældune castra posuit; ubi tamdiu moratus est donec apud Hwitham urbs ædificaretur, et ædificata firmaretur; cui magna pars populi quæ sub manibus Paganorum erat, cum suis omnibus, se dedebant. Æstatis initio Ægelfleda Merciorum domina cum Mercensibus, ad Tomweorthigina perrexit, Deique auxilio ipsam urbem restauravit; deinde Stæffordam tetendit, et in

Eadweard builds Witham in Essex.

Æthelflæd restores Tamworth.

---

[1] Sax. Chron. a. 912.

[2] *Ficcean.*] Benefica. Sax. Chron.

[3] Sax. Chron.

[4] *Leogereceastre.*] Leicester.

[5] Sax. Chron. a. 917, excepting two MSS., which with Florence have 914.

septentrionali plaga Sowæ amnis arcem construxit.[1] Hiems nimis magna et dura. Athelmo Wyllensi episcopo, in archiepiscopatum Dorobernensem levato, successit Wulfhelmus.

A. D. 915. Wereferth bp. of the Hwiccas ob.; Æthelhun abbot of Berkeley succeeds. Æthelflæd builds Eadesbyrig and Warwick. The Danes from Brittany enter the Severn;

Defuncto Hwicciorum episcopo Werefertho, magnæ scientiæ et sanctitatis viro, Æthelhun abbas de Beorclea successit.[2] Æstatis initio Ægelfleda Merciorum domina urbem condidit quæ Eadesbyrig vocatur, et in fine autumni alteram quæ Wærewic nominatur.[3] Pagani piratæ, qui ferme ante XIX. annos derelicta Britannia Gallicas adierant partes, de provincia quæ Lydwiccum[4] dicitur, ducibus cum duobus, Ohtero et Hroaldo, Angliam redeunt, et circumnavigata West-Saxonia et Cornubia, tandem Sabrinæ fluminis ostium ingrediuntur: nec mora, terras Septentrionalium Britonum invadunt, et cuncta quæ circa fluminis ripam reperiunt pene diripiunt. Captum quoque in campo Yrcenefeld nuncupato Britonum episcopum Cymelgeac, lætantes non modicum, ad naves deducunt secum; quem non multo post XL. libris argenti rex redemit Eadwardus. Nec diu, omnis exercitus navibus exiliunt, versusque prædictum campum, deprædationis causa, iter arripiunt; sed eis repente Herefordenses et Glawornenses quamplures que ex vicinis urbibus occurrunt, et cum eis prœlium committunt: dux hostium Hroaldus fraterque ducis alterius Ohteres magnaque pars exercitus interficiuntur, cæteri in fugam vertuntur, et a Christianis in quoddam sepum[5] coguntur, ubi

capture the British bp. Cymelgeac.

They are defeated by the men of Herefordshire and Gloucestershire.

---

[1] Sax. Chron. a. 913.

[2] *Successit.*] According to the list of bishops of the Hwiccas given in Florence, the immediate successor of Wereferth was Wilferth, then Æthelhun. MSS. *C.* and *L.* follow the order of the text.

[3] Sax. Chron. a. 914.

[4] *Lydwiccum.*] Brittany. See Lappenberg's England. II. p. 94.

[5] *Sepum.*] *r.* Septum.

tamdiu obsidentur, quoad obsides ea conditione darentur, ut quam citius possent de regno regis Eadwardi exirent. Idem itaque rex in australi plaga Sabrinæ fluminis, a Cornubia ad ostium fluminis Avenæ[1] opportuna per loca suum diviserat exercitum, ne piratæ regiones illarum vastarent provinciarum. Verum illi nocturno sub tempore in plaga orientali Weced, et rursus in loco qui Portlocon dicitur, relictis in littore navibus, furtivam agunt prædam; sed utraque vice cæsi sunt omnes ab exercitu regis, præter illos qui ad naves turpiter refugerant: ii tamen clade oppressi, quandam insulam quæ Reoric[2] nominatur petierunt, ubi tamdiu consederunt, quousque plures illorum essent fame consumpti: unde necessitate compulsi, prius ad Deomedum,[3] deinde autumnali tempore ad Hiberniam navigarunt. Post hæc rex invictissimus Eadwardus cum exercitu Buccingaham perrexit, ubi XXX. diebus consedit, et ex utraque parte amnis Usæ munitiones ædificari fecit: quamobrem unus ex Danorum ducibus, Turketillus, et omnes nobiliores de Bedeforda, multique de Northhamtune coacti, se dederunt regi.[4] Defuncto Cuthardo, Lindisfarnensi episcopo, Tilredus successit.

They plunder at Watchet and Porlock.

They flee to South Wales; thence to Ireland.

Thurketil and others from Bedford and Northampton submit.

Cuthard bp. of Lindisfarne ob.; Tilred succeeds.

A. D. 916.

Rex invictissimus Eadwardus, ante festivitatem S. Martini [11 Nov.], Bedefordam adiit, et eam cum inhabitatoribus ejus in deditionem accepit, ibidemque per XXX. dies moratus, urbem in australi plaga amnis Usæ condi præcepit.[5] Ægelfleda Merciorum domina post Nativitatem Domini duas urbes, Cyricbyrig videlicet et Wead-

Bedford submits. Eadweard builds a town on the Ouse.

Æthelflæd builds Cherbury, Weddes-

[1] *Avenæ.*] The Avon.

[2] *Reoric.*] Flatholme in Bristol Channel.

[3] *Deomedum.*] Dimetia, South Wales.

[4] Sax. Chron., where all these transactions of a. 915 are assigned to a. 918.

[5] Sax. Chron. a. 919.

byrig, et tertiam, Runcofan, ante Nativitatem ædificavit.[1] borough and Runcorn.

Ante Nativitatem Johannis Baptistæ [24 Jun.] rex invictissimus Eadwardus Mældunam usque perrexit, ubi urbem reædificavit; nec priusquam illam militum custodia muniret inde recessit. Eodem anno supra memoratus dux Turketillus, pace et juvamine regis Eadwardi, cum suis omnibus Gallicas adiit partes.[2] Venerabilis abbas Egbrihtus VI. kal. Julii injuste occiditur.[3] Et post tres noctes Ægelfleda Merciorum domina in terram Britonum, ad expugnandam arcem apud Brycenanmere,[4] misit exercitum, qui, expugnata arce, uxorem regis Britonum cum XXXIV. hominibus captivos[5] in Merciam adduxerunt. Rollo primus dux Normannorum obiit, cui successit Wilhelmus filius ejus.

A. D. 917. Eadweard restores Maldon. Thurketil goes to France. Capture of the Welsh king's wife. Death of Rollo.

Ex præcepto regis Eadwardi, civitas quæ Toveceastre dicitur, ante Pascha, et altera post Pascha, circa Rogationes, apud Wigingamere conditur. Post nativitatem Johannis Baptistæ, Pagani de Northamtune et de Leogereceastre, statuta pace violata, Toveceastran adeunt, quam per totum diem impugnantes, expugnare moliuntur: sed illis qui intus erant summis viribus resistentibus, sibique in auxilium vicinis accurrentibus, omnes in fugam vertuntur. Deinde frequenter in provincia Buccingamnensi noctu super imparatos irruentes, non solum de hominibus, sed et de jumentis prædam agunt, multosque inter Byrnwda et Ægelesbyrig interficiunt. Eodem tempore Paganorum exercitus qui East-Angliam et Huntandun inhabitabant, relicta munitione quam

A. D. 918. Towcester built; besieged by the Danes. The Danes construct a fortress at Tempsford and besiege Bedford;

---

[1] Sax. Chron. a. 915.
[2] Sax. Chron. a. 920.
[3] Sax. Chron. a. 916. XVI. kal. Julii.
[4] *Brycenanmere.*] Brecknock.
[5] Sax. Chron. a. 916. XVI. kal. Julii.

in Huntandun firmaverant, in loco qui dicitur Temeseforda firmiorem sibi construxere; arbitrantes sane terram sibi ablatam inde se certamine recuperaturos esse. Inde ad expugnandam Bedefordam prosiliunt; verum, adventu illorum cognito, urbem qui custodiunt ipsis in prœlium occurrunt; congrediuntur, hostes vincuntur, in fugam vertuntur, plurimi interficiuntur. Parvo interjecto tempore rursus de East-Anglia, East-Saxonia, et de Mercia Pagani conglobati, urbem quæ Wigingamere[1] dicitur, adeunt, et per totum fere diem impugnare non desinunt; sed qui intus erant viriliter illam defendebant, hostesque abigebant: qui recedentes, maximam secum prædam reducunt. Post hæc, ipso æstatis tempore, de proximis civitatibus et regionibus, quæ sub potestate regis Eadwardi erant, multus populus undecunque collectus, Temesefordam pergunt, eamque obsident, impugnant, expugnant, incendunt, diruunt, regemque Paganorum ducemque Togleas cum filio suo, comite scilicet Mannano, fratrem quoque illius, omnesque se defendere volentes interficiunt, reliquos capiunt, et quæque reperiunt tollunt.[2] Exinde Danorum vires paulatim decrescebant, Anglorum vero indies crescebant. Ægelfleda Merciorum domina ante kal. Augusti [1 Aug.] Dorbeiam infringendo expugnavit, ipsamque provinciam obtinuit; cujus ministri quatuor de carioribus, in porta urbis fortiter pugnantes, occisi sunt.[3] Autumnali post hæc tempore, de Cantia, Suthregia, East-Saxonia, et de urbibus regionibusque in vicino positis, non parva multitudo populi in unam congregata, unanimiter Coleceastram adiit, quam obsidione

are defeated; repulsed at Wigingamere. Tempsford besieged and taken. Æthelflæd takes Derby. Colchester taken.

[1] *Wigingamere.*] Supposed to be Waymere Castle, on a small island near Bishop's Stortford.

[2] Sax. Chron. a. 921.

[3] Sax. Chron. a. 917.

cingentes, tamdiu impugnant donec expugnent; omnes autem, exceptis paucis qui aufugerant, interficiunt, et quicquid intus reperiunt diripiunt. Quod Dani East-Angliam incolentes graviter ferentes, suamque injuriam ulcisci cupientes, cum piratis, quos in auxilium sibi contraxerant, ad Mældunam profecti sunt, et eam tamdiu obsidentes impugnabant, quoad Anglis de finitimis locis auxiliarii venissent; quos cum Dani adventare vidissent, ab urbis impugnatione recesserunt. Hoc viso, Angli illos magno impetu persecuti, multa millia et de piratis et de cæteris prostraverunt, reliquos vero fugaverunt. Non multo post rex invictissimus Eadwardus West-Saxonicam expeditionem ad Passanham duxit, et tamdiu ibi consedit donec urbs Toveceastra lapideo cingeretur muro: unde Danicus comes Turferthus, quia regis diutius strenuitati resistere non valebat, cum civibus et provincialibus Northamtunensibus, Danis et Anglis, regi se dedebat. His gestis, rex domum rediit, aliumque exercitum ad Huntandun e vestigio misit, ut civitatem resarcirent et renovarent, et in ea custodes ponerent. Quibus patratis, omnes provinciales illi, qui Danorum supererant crudelitati, se manibus illorum evasisse gaudentes, pacem et patrocinium regis petebant, eique sui deditionem offerebant. Paucis vero interjectis diebus, West-Saxonico coadunato exercitu, ad Coleceastram rex abiit, et murum illius redintegravit, virosque in ea bellicosos cum stipendio posuit. Interim de East-Anglia et East-Saxonia multi Anglorum, qui ferme XXX. annos feritati Paganorum subjacebant, læto animo se regi subjiciebant; ad quem etiam Dani East-Angliam incolentes venerunt, et se mari terraque nil quod regem offenderet penitus acturos sacramento firmaverunt.

The Danes besiege Maldon;

are repulsed.

Eadweard fortifies Towcester.

Thurferth submits to Eadweard.

Huntingdon restored.

Colchester repaired.

Submission of the East Anglians.

Venit et Danorum exercitus de Grantebrycgeie, et illum in dominum et patronum delegit, et hoc juramentis, ut ipse voluit, roboravit.[1]

A. D. 919. Leicester and York submit to Æthelflæd.

Ægelfleda Merciorum domina in principio anni, cum auxilio Dei, Leogereceastram pacifice acquisivit, et exercitum Danorum, qui ad illam pertinebat, ferme totum in deditionem accepit; cui etiam Dani qui Eboracæ præsidebant, quidam pacto quidam juramento, firmaverunt se ipsius voluntati et consilio in omnibus consensuros.[2]

The Danes at Stamford submit to Eadweard.

Rex invictissimus Eadwardus Senior, post Rogationes [31 Maii], cum exercitu Stanfordam profectus est, firmamque in australi plaga amnis Welund arcem munivit, et non solum Danos qui in septentrionali plaga ejusdem amnis arcem tenebant, sed et omnes qui ad illam pertinebant, in deditionem accepit.

Death of Æthelflæd.

Dum hæc aguntur, soror illius Ægelfleda, Merciorum domina, insignis prudentiæ et justitiæ virtutisque eximiæ fœmina, octavo anno ex quo sola regnum Merciorum strenuo justoque rexit moderamine, XIX. kalend. Julii[3] obiit, et unicam filiam suam Ælfwynnam ex Ætheredo subregulo susceptam, hæredem regni reliquit; cujus corpus Glawornam[4] delatum, in ecclesia Sancti Petri est honorifice tumulatum.[5] Quod ut regi nunciatum est, Tomwurthigene

---

[1] Sax. Chron. a. 921. Defuncto Werstano Scireburnensi episcopo, successit Æthelbaldus. *Add. alia manu.* It is obvious, as well from the discrepance of dates as from the more circumstantial narrative of Florence, that he must, in this part of the history, have had before him a MS. of the Chronicle varying considerably from any now extant.

[2] Sax. Chron. a. 918.

[3] XIX. *kal. Julii.*] Twelve days before Midsummer. Sax. Chron.

[4] *Glawornam.*] Gloucester.

[5] *Tumulatum.*] The date here given for the death of Æthelflæd is consistent with that of her eight years' rule over Mercia, after the death of Æthered, which happened in 912. The Chronicle, though assigning the same duration to her government, places her death in 918, and again in 922; yet records the deposition of her daughter in 919.

mox properavit, eamque suo dominio subjugavit. Inde movens exercitum, ad Snotingaham profectus est, captamque urbem resarcire jussit, et in ea Anglos simul et Danos collocavit. Processu vero temporis, prius Mercenses omnes et Danos Merciam inhabitantes, deinceps tres reges Brytonum, videlicet Howel, Clyttwic, et Juthwal, cum suis populis, in sui ditionem obtinuit.[1]

Eadweard repairs Nottingham. The Mercians and three Welsh kings submit.

Autumnali tempore rex invictissimus Eadwardus ad Thealwæle profectus est, ibidemque urbem construxit, et ad ejus præsidium quosque fortissimos de exercitu suo reliquit. Misit etiam in Northhymbriam Merciorum exercitum, ut urbem Mameceaster restaurarent, et in ea fortes milites collocarent.[2] Post hæc ab Ælfwynna nepte sua potestatem regni Merciorum penitus ademit, et in West-Saxoniam duci præcepit.[3]

A. D. 920. Eadweard founds a town at Thelwall. Manchester restored. Ælfwyn deposed.

Rex invictissimus Eadwardus Senior, ante Nativitatem Johannis Baptistæ [24 Jun.] cum expeditione Snotingaham adiit, et, in australi ripa fluminis Trentæ, urbem, contra urbem quæ in altera ripa sita erat, ædificavit, et inter utramque firmum pontem fieri mandavit. Inde cum exercitu ad Beadecanweallan profectus, non longe ab ea urbem construxit, et in illa milites viribus robustos posuit. Eo tempore rex Scottorum[4] cum tota gente sua, Reignoldus[5] rex Danorum cum Anglis et Danis Northhymbriam incolentibus,

A. D. 921. Eadweard builds a town on the Trent, and one at Bakewell. Submission of the Scottish and Danish kings,

---

[1] Sax. Chron. a. 922. Defuncto Athelstano Wiltuniensi episcopo, successit Odo. *Add. alia manu.*

[2] Sax. Chron. a. 923.

[3] Ib. a. 919.

[4] *Rex Scottorum.*] Constantine.

[5] *Reignoldus.*] Regnald was a son of Guthred, who, it is said, was a son of Hörthaknud, king of Lethra, but had been sold as a slave to a widow at Whittingham in Lincolnshire, from whom he was redeemed by the ecclesiastics, and raised to the throne of Deira. Guthred died in 894, leaving three sons; Niel, Sihtric, and Regnald. See Sim. Dunelm. De Gestis, a. 883, ejusd. Hist. Dunelm. Eccles. II. 14. and Suhm, Hist. af Danm. II. 25.

and of Strathclyde. rex etiam Streatcledwalorum cum suis, regem Eadwardum Seniorem sibi in patrem et dominum elegerunt, firmumque cum eo fœdus pepigerunt.[1]

A. D. 922. Death of the ætheling Æthelweard; Clito Æthelwardus, regis Eadwardi germanus, XVII. kal. Novembris [16 Oct.] defunctus, Wintoniam defertur et sepelitur. Hwicciorum episcopo Æthelhuno defuncto, Wilferthus successit.

A. D. 923. Berneg bp. of Selsey ob.; succession of Cenred. Defuncto Bernecho[2] Sælesiensi episcopo, successit Kenredus.

A. D. 924. Death of king Eadweard; succession of Æthelstan. Invictissimus rex Anglorum, Eadwardus Senior, qui cunctis Brytanniam incolentibus, Anglorum, Scottorum, Cumbrorum, Danorum, pariter et Brytonum populis gloriosissime præfuit, post multas res egregie gestas, regni sui anno XXIV°., in regia villa quæ Fearndun[3] nominatur, indictione XV., ex hac vita transiens, Æthelstano filio regni gubernacula reliquit; cujus corpus Wintoniam delatum, in Novo Monasterio regio more sepelitur. Death of the ætheling Ælfweard. Non multo post filius ejus Ælfwardus apud Oxenafordam decessit, et sepultus est ubi et pater illius. Æthelstanus vero in Cingestune, id est in Regia Villa, in regem levatur, et honorifice ab Athelmo Dorubernensi archiepiscopo consecratur: Dunstan born. cujus temporibus oritur puer strenuus Dunstanus in West-Saxoniæ finibus.[4]

A. D. 925. Sihtric marries Æthelstan's sister. Strenuus et gloriosus rex Anglorum Æthelstanus sororem suam, cum magno honore et gloria, Northhymbrorum regi Sihtrico, Danica stirpe progenito, in matrimonium dedit.[4]

A. D. 926. Fiery meteors. Ignei per totam Angliam visi sunt radii in septentrionali plaga cœli; Sihtric dies; nec multo post Northanhymbrorum rex Sihtricus vita decessit, cujus

---

[1] Sax. Chron. a. 924.

[2] *Bernecho.*] This bishop, Florence informs us, was consecrated by archbishop Plegmund, and Malmesbury (De Pont. lib. II.) inserts his name, accompanied by the note, 'quem ordinator suus Pleimundus archiepiscopus idoneum fuisse pronunciat.'

[3] *Fearndun.*] Faringdon.

[4] Sax. Chron.

regnum rex Æthelstanus, filio illius Guthfertho, qui patri in regnum successerat, expulso, suo adjecit imperio.[1] Omnes etiam reges totius Albionis, regem scilicet Occidentalium Brytonum Huwal, dehinc regem Scottorum Constantinum, regemque Wentorum[2] Wuer,[3] prœlio vicit et fugavit. Aldredum quoque, filium Eadulfi, de regia urbe, quæ lingua Anglorum Bebbanbyrig[4] nominatur, expulit. Ii omnes, ubi se viderunt non posse strenuitati illius resistere, pacem ab eo petentes, in loco qui dicitur Eamotum, IV. idus Julii [12 Jul.] convenerunt, datoque sacramento, firmum cum eo fœdus pepigerunt.[1]

Guthferth his son expelled.

The kings of Albion submit.

Ealdred expelled from Bamborough.

A. D. 928.

Tilred bp. of Lindisfarne, and Tunberht of Lichfield ob.; succeeded by Wigræd and Ælle.

Tilredus Lindisfarnensis episcopus obiit; cui Wigredus successit. Defuncto Tunbrihto Licetfeldensi episcopo, successit Ælle.

A. D. 929.

Wilferth bp. of the Hwiccas ob.; Cynewold succeeds.

Hwicciorum episcopo Wilfertho defuncto, successit Cinewoldus.

A. D. 931.

Eadulf bp. of Crediton ob.

Domnaniæ præsul Eadulfus obiit, et in Cridiantune est sepultus.

A. D. 932.

Frithestan bp. of Winton resigns; succeeded by Byrnstan.

Vir eximiæ sanctitatis Frithestanus Wintoniensis episcopus, ordinato pro se in episcopatu viro religioso Byrnstano, Wintoniam resedit.[5] Hic vir sanctus fuit, quotidie missam pro defunctorum requie cantavit, nocte cœmeteria circuivit, pro animarum salute psalmos decantavit. Quadam vice hoc agens, dum expletis omnibus subjungeret, 'Requiescant in pace,' subito voces, quasi exercitus infiniti e sepulchris, audivit respondentium, 'Amen.'

A. D. 933.

St. Frithestan ob.

Sanctus Frithestanus obiit.[6]

Strenuus rex Anglorum Æthelstanus, quia rex Scottorum Constantinus fœdus, quod cum eo

[1] Sax. Chron.

[2] *Wentorum.*] The people of Gwent, or Monmouthshire.

[3] *Wuer.*] Uwen; Sax. Chron.

[4] *Bebbanbyrig.*] Bamborough.

[5] Sax. Chron. a. 931.

[6] Sax. Chron. a. 932.

A. D. 934. Æthelstan ravages Scotland. pepigerat, dirupit, classica manu pervalida, et equestri exercitu non modico ad Scottiam proficiscitur, eamque maxima ex parte depopulatur:[1] Constantine's son given as hostage. unde vi compulsus rex Constantinus, filium suum obsidem cum dignis muneribus illi dedit, paceque redintegrata, rex in West-Saxoniam rediit. St. Byrnstan ob. Eodem anno sanctus Byrnstanus Wintoniensis episcopus obiit.[1]

A. D. 935. Ælfeah bp. of Winton. Religiosus monachus Ælfegus, cognomento Calvus, B. Dunstani propinquus, suscepit episcopatum Wintoniensis ecclesiæ.[2]

A. D. 936. Accession of the emperor Otto; he marries Æthelstan's sister. Romanorum nonagesimus Otto regnavit annis XXXVI. et mensibus decem. Huic rex Anglorum Æthelstanus unam sororum suarum dedit in conjugem.[3]

A. D. 937. The battle of Brunanburh. Hiberniensium multarumque insularum rex Paganus Anlafus, a socero suo rege Scottorum Constantino incitatus, ostium Humbræ fluminis valida cum classe ingreditur; cui rex Æthelstanus fraterque suus clito Eadmundus, in loco qui dicitur Brunanburh, cum exercitu occurrerunt, et prœlio a diei principio in vesperum tracto, quinque regulos, septemque duces, quos adversarii sibi in auxilium conduxerant, interfecerunt; tantumque sanguinis quantum eatenus in Anglia nullo in bello fusum est fuderunt; et reges Anlafum et Constantinum ad naves fugere compellentes, magno reversi sunt tripudio. Illi vero summam infœlicitatem de interitu sui exercitus consecuti, cum paucis redeunt in sua.[4]

Strenuus et gloriosus rex Anglorum Æthel-

---

[1] Sax. Chron. a. 933.

[2] Ib. a. 934. Wlfelmo Doruberniæ archiepiscopo, Athelmi successore, defuncto, Odo in primatum Cantiæ eligitur. *Add. e marg. C. et B.*

[3] *Conjugem.*] A.D. 930. See Lappenberg's England, II. p. 109.

[4] Sax. Chron., where see the celebrated poem composed on occasion of this battle; also in Warton's H. of Engl. Poetry, vol. I. p. lxvi, edit. 1840, with annotations.

stanus, decimo sexto regni sui anno, indictione xiv., vi. kal. Novembris [27 Oct.], feria iv., apud Glawornam e vita decessit,[1] et ad Maidulfi urbem delatus, honorifice est tumulatus; cui frater suus Eadmundus, xviii°. ætatis suæ anno, in regnum successit.[1] A. D. 940. Death of Æthelstan; succession of Eadmund.

Northhymbrenses, fidelitati, quam magnifico regi Anglorum Eadmundo debebant, infidelitatem præferentes, regem Northmannorum Anlafum sibi in regem elegerunt.[1] Eodem anno Ælfredus Sciréburnensis episcopus obiit. A. D. 941. The Northumbrians choose Anlaf for king. Ælfred bp. of Sherburne ob.

Magnificus rex Anglorum Eadmundus, quinque civitates Lindicolinam, Snotingaham, Deorbeiam, Legereceastram et Stanfordam, manibus Danorum penitus extorsit, totamque Merciam in sui potestatem redegit. Hic Dei servo Dunstano summus, et ejus consiliis gloriosus, a quo diversis honoribus sublimatus, Glæstoniæ, in qua educatus est, abbatis jure, præficitur.[2] Willelmus dux Normannorum, filius Rollonis, xvi. kal. Januarii [17 Dec.] occiditur; cui successit Richardus filius ejus. A. D. 942. Eadmund takes possession of the Five Burghs. Dunstan made abbot of Glastonbury. Death of William of Normandy; succession of Richard.

Magnifico regi Eadmundo cum sua regina sancta Ælfgiva filium peperisset Eadgarum, sanctus abbas Dunstanus audivit, quasi in sublimi, voces psallentium atque dicentium, 'Pax Anglorum ecclesiæ, exorti nunc pueri, nostrique Dunstani tempore.' Eodem anno idem rex Anlafum regem, cujus supra meminimus, de lavacro sanctæ regenerationis suscepit, regioque munere donavit: et parvo post tempore Reignoldum Northanhymbrorum regem, dum ab episcopo confirmaretur, tenuit, sibique in filium adoptavit.[1] A. D. 943. Eadgar born. Baptism of Anlaf and Regnald.

---

[1] Sax. Chron.

[2] Ib. a. 943. Defuncto Sciréburnensi episcopo Æthelbaldo successit Ælfredus. *Add. alia manu. B.*

A. D. 944. Eadmund expels Anlaf and Regnald.

Magnificus rex Anglorum Eadmundus duos reges, Anlafum regis, videlicet, Sihtrici filium, et Reignoldum Guthferthi filium, de Northhymbria expulit, eamque suæ ditioni subegit.[1] Wigredo Lindisfarnensi episcopo defuncto, Uhtredus successit; quo mortuo, Sexhelm loco ejus ordinatur, sed paucis mensibus evolutis defungitur, pro quo Aldredus consecratur.

Wigræd bp. of Lindisfarne ob. Sexhelm and Ealdred succeed.

A. D. 945. Eadmund gives Cumberland to Malcolm of Scotland.

Magnificus rex Anglorum Eadmundus terram Cumbrorum depopulatus est, illamque regi Scottorum Malculmo eo tenore dedit, ut terra marique sibi fidelis existeret.[1]

A. D. 946. Murder of Eadmund;

Magnificus rex Anglorum Eadmundus, die festivitatis S. Augustini, Anglorum doctoris [26 Maii], dum in regia villa, quæ Anglice Pucelecirce[2] dicitur, suum dapiferum e manibus pessimi cleptoris Leovæ, ne occideretur, vellet eripere, quinque annis septemque mensibus regni sui peractis, indictione IV., septimo kal. Junii [26 Maii], feria III., ab eodem interficitur, et Glæstoniam delatus, a B. Dunstano abbate sepelitur. Mox proximus hæres Edredus, fratri succedens, regnum naturale suscepit, et XVII. kal. Septembris [16 Aug.], die Dominica, in Cingestune a S. Odone Dorubernensi archiepiscopo rex est consecratus. Hic, ut suus germanus prius egit, totam Northhymbriam in suum dominium redegit, et a Scottis, ut sibi fideles essent, juramentum accepit.[3]

succession of Eadred.

A. D. 949. Yrc (Eric) made king of Northumbria.

Wlstanus, Eboracensis archiepiscopus, proceresque Northhymbrenses omnes, in villa quæ dicitur Taddenes-scylf,[4] egregio regi Anglorum

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Pucelecirce.*] Pucklechurch.

[3] Sax. Chron.; but less circumstantially than Florence. A° 948. Defuncto Kenredo Sælesiensi episcopo, successit Guthardus. *Add. alia manu.* Eodem anno uxor regis Ottonis, nomine Eadgyva, soror ipsius Edredi et Eadmundi decessit. *B.*

[4] *Taddenes-scylf.*] Tadcaster.

Edredo fidelitatem juraverunt, sed non illam diu tenuerunt; nam quendam Danica stirpe progenitum, Yrcum nomine, super se regem levaverunt.[1]

A.D. 950. Eadred ravages Northumbria. Ripon burnt.

Pro infidelitate Northhymbrensium, egregius rex Anglorum Edredus totam Northhymbriam devastat; in qua devastatione monasterium quod dicitur In-Hripum, a S. Wilfrido episcopo quondam constructum, igne est combustum. Redeunte vero domum rege, exercitus de Eboraca erumpens civitate, in loco qui dicitur Casterford,[2] de extrema parte exercitus regis multam stragem dedit; unde rex nimis offensus, voluit illico redire, et totam illam terram penitus delere: verum hoc cognito, Northhymbrenses timore perterriti, Yrcum, quem sibi regem præfecerant, abjecerunt; regis injurias honoribus, detrimenta muneribus expleverunt, ejusque offensam pecunia non modica placaverunt.[3]

Yrc deposed.

A.D. 951. Ælfeah bp. of Winton ob.; Ælfsige succeeds.

Sanctus Ælfegus, cognomento Calvus, Wentanus episcopus, qui B. Dunstanum monachatus et presbyteratus gradu decoravit, huic vitæ modum fecit,[4] cui Ælfsinus in episcopatum successit.

A.D. 952. Abp. Wulfstan confined at Jedburgh.

Inclitus rex Anglorum Edredus Eboracensem archiepiscopum Wlstanum in Juthanbyrig arctam posuit in custodiam, quia frequenter apud eum certis ex causis accusabatur. Jussit etiam cives Theodfordenses quam plures occidere, in ultionem abbatis Aldelmi injuste ab eis occisi.[4]

Many put to death at Thetford.

A.D. 953. Æthelgar bp. of Crediton ob.; Ælfwold succeeds.

Æthelgarus Cridionensis præsul, XXI°. accepti episcopatus anno, vitam in Christo finivit, ibidemque sepultus est; pro quo, beati Dunstani

---

[1] Sax. Chron. aa. 947, 948, where Yrc is called Yryc. Eric was a son of the Danish king Harald Blátand. See Lappenberg, II. p. 124.

[2] *Casterford.*] Chesterford.

[3] Sax. Chron. a. 948.

[4] Sax. Chron.

abbatis consilio, vir venerandus Ælfwoldus functus est præsulatus officio.

A. D. 954. Wulfstan released; receives the see of Dorchester.

Wlstano Eboracensi archiepiscopo, a custodia soluto, episcopalis honor apud Dorceceastre restituitur.[1]

A. D. 955. Death of king Eadred.

Egregius rex Anglorum Edredus x°. anno regni sui ægrotavit et desperatus est, qui missa celeri legatione, confessionum suarum patrem, beatum scilicet Dunstanum abbatem, accersivit; quo festine ad palatium tendente, et medium jam iter peragente, vox desuper clare sonuit, ipso audiente, 'Rex Edredus nunc in pace quiescit.' Ad hanc vocem equus cui insedit, pondus vocis angelicæ ferre non valens, absque ulla sessoris læsione, cum interitu sui, in terram corruit. Regis autem corpus Wintoniam defertur, et ab ipso abbate Dunstano in Veteri Monasterio sepulturæ honestissime traditur; cujus fratruus, clito Eadwius, regis scilicet Eadmundi et sanctæ Ælfgivæ reginæ filius, monarchiam imperii suscepit, et eodem anno in Cingestune, ab Odone Doruberniæ archiepiscopo, rex consecratus est.

Succession of Eadwig.

Death of Lewis king of the West Franks, and of Liutolf, son of the emperor Otto.

Eodem anno Luduwicus, rex Occidentalium Francorum, filius Karoli regis et filiæ regis Anglorum Eadwardi Senioris, obiit. Liutolfus quoque, filius Ottonis imperatoris, et alterius filiæ ejusdem regis Eadwardi, obiit, et sepelitur in choro monasterii Sancti Albani Moguntiæ.

A. D. 956. Dunstan banished.

Beatus Dunstanus abbas, a rege Anglorum Eadwio pro justitia asscriptus, mare transiit, et ab Arnulfo regiæ stirpis viro honorifice susceptus, in monasterio quod Blandinium[2] dicitur, sub exilii sui tempore, mansionem accepit. Wlstanus Eboracensium archiepiscopus VII. kal. Januarii

Abp. Wulfstan ob.;

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Blandinium.*] The abbey of Blandin, or St. Peter, at Ghent.

[26 Dec.] defunctus, in Undalan[1] tumulatur;[2] cui vir reverendus Oscytellus successit. succeeded by Oskytel.

A. D. 957. Rex Anglorum Eadwius, quoniam in commisso regimine insipienter egit, a Mercensibus et Northhymbrensibus contemptus relinquitur, et suus germanus, clito Eadgarus, ab eis rex eligitur;[3] sicque res regum sejuncta est, ut flumen Tamense regnum disterminaret amborum. Mox rex Mercensium Eadgarus B. Dunstanum abbatem cum honore et gloria revocavit.[4] Excurso dehinc parvi spatii tempore, pastor Wigorniensis ecclesiæ Coenwaldus, vir magnæ humilitatis et monasticæ professionis, defungitur: pro quo beatus abbas Dunstanus ad episcopatum eligitur, et ab Odone Dorubernensi archiepiscopo consecratur; cui etiam anno sequenti rex Mercensium Eadgarus Lundoniensem ecclesiam, pio pastore[4] viduatam, commisit regendam.[5]

The Mercians and Northumbrians renounce their allegiance to Eadwig, and choose Eadgar. Dunstan recalled. Cenwald bp. of Worcester ob.; Dunstan succeeds, and also to London.

A. D. 958. Ælsius Dorsetensium episcopus obiit, cui Byrhthelmus, vir mitis et modestus, humilis et benignus, successit. Sanctus Odo Doruberniæ archiepiscopus regem West-Saxonum Eadwium et Ælfgivam, vel quia, ut fertur, propinqua illius extitit, vel quia illam sub propria uxore adamavit, ab invicem separavit.[6] Eodem anno idem archipræsul, vir quidem clarus ingenio et virtute laudabilis, spiritu quoque prophetiæ pollens, humanis excessit rebus, angelorum manibus ad Paradisum deductus. Huic successit Wentanus episcopus Ælfsinus,[7] et pro ipso ad episcopatum

Ælfsige (Wulfhelm?) bishop of Wells ob.; Byrhthelm succeeds. Odo separates Eadwig and Ælfgifu. Archbishop Odo ob.; succeeded by Ælfsige bp. of Winton,

[1] *Undalan.*] Oundle.

[2] Sax. Chron. a. 957.

[3] Sax. Chron. Judging from the few lines in which the events of Eadwig's reign are dismissed in the Chronicle, it would seem they were penned during the reign of Eadgar.

[4] Sax. Chron. a. 959.

[5] *Pio pastore.*] Byrhthelm.

[6] Sax. Chron.

[7] *Ælfsinus.*] See the account of his simoniacal acquirement of the archiepiscopal dignity in 'Flores Historiarum,' p. 196; R. Wendover, I. p. 407.

and he by Byrhthelm.

Wintoniensis ecclesiæ ordinatus est Brihthelmus, Wellensis episcopus v^{us}.

A.D. 959.

Abp. Ælfsige perishes in the Alps. Death of Eadwig;

succession of Eadgar.

Ælfsinus Dorubernensis archiepiscopus, dum Romam pro petendo pallio tenderet, in Alpinis montibus gelu niveque obstrictus defecit.[1] Rex West-Saxonum Eadwius, IV. annis regni sui peractis, defunctus, Wintoniæ in Novo Monasterio est sepultus; cujus regnum suus germanus, rex Mercensium Eadgarus, ab omni Anglorum populo electus, anno ætatis suæ XVI°., adventus vero Anglorum in Britanniam quingentesimo decimo, trecentesimo autem sexagesimo tertio ex quo sanctus Augustinus et socii ejus Angliam venerunt, suscepit, divisaque regna in unum copulavit.

Byrhthelm made abp. of Canterbury: deposed, and succeeded by Dunstan.

Byrhthelmus Sumorsetensium episcopus ad archipræsulatum Cantwariæ sedis deligitur; sed quia ad tantam rem minus erat idoneus judicio omnium,[2] ad relictam nuper ecclesiam suam rediit. Dehinc beatus Dunstanus, Athelmi archiepiscopi ex fratre nepos, Glæstoniæ abbas, post Hwicciorum et Lundoniensium episcopus, ex respectu divino et sapientum consilio, primæ metropolis Anglorum primas et patriarcha instituitur: a quo et cæteris sapientibus ipse rex Anglorum Eadgarus decenter instructus, passim improbos oppressit, rebelles sub asperitatis correctione redarguit, justos et modestos dilexit,

Restoration of churches and monasteries.

destructas Dei ecclesias renovavit et ditavit, abjectis ex cœnobiis clericorum neniis, ad laudem

[1] *Obstrictus defecit.*] Malmesbury (De Pont. lib. I.) and Wendover (I. p. 407) inform us, that Ælfsige, when "ad recipiendum pallium Romam per Alpes contendebat, ibi nivali frigore gelatus, nihil aliud remedii comminisci potuit quam ut exenteratorum equorum adhuc spirantibus extis immergeret pedes, quibus sancti (Odonis) sepulchrum violarat; sed, nec sic algore deficiente sed potius invalescente, vitam flagitiosam morte misera terminavit." For the account of the violation of the tomb, see the same authorities.

[2] *Judicio omnium.*] Jussus a rege Cantuaria discedit, atque ad relictam, etc. *Editt.*

summi Creatoris, monachorum et sanctimonialium catervas aggregavit, et plusquam XL. monasteria cum eis constitui jussit; quos omnes ut fratres honorabat, et ut filios carissimos diligebat, admonens per se pastores, quos ipsis præposuit, ut illos regulariter et irreprehensibiliter vivere admonerent, quatenus Christo et sanctis ejus in omnibus placerent. Erat itaque vir discretus, mitis, humilis, benignus, liberalis, misericors, armipotens, bellicosus, jura regni bellica potestate regaliter protegens; populum in obsequio principum, principes ad justitiam imperiorum formavit, leges rectas instituit, regno tranquillissimo potitus est: neque bello alium lacessere, neque lacessitus inferre alii bellum necesse habuit; sed regni sui fines prudentia, fortitudine, justitia, temperantia, quoad vixit, Deo auxiliante, custodivit; et quoniam iram ferocis leonis contra inimicos habuit, non solum insularum principes et tyranni illum pertimuerunt, verum etiam reges plurimarum gentium, ipsius audientes sapientiam et strenuitatem, quidam timore atque terrore perculsi sunt, quidam vero pro sua munificentia eum diligebant, honorabant, magnificeque laudabant. Imperator etiam primus Otto, qui suam amitam in conjugem habebat, mira illi munera direxit, et cum eo pactum firmissimæ pacis firmavit.

The emperor Otto sends gifts to Eadgar, and forms an alliance with him.

A.D. 960.

Sanctus Dunstanus ad Romuleam urbem profectus, indictione tertia, pallium a Johanne papa suscepit: sicque per pacis itinera ad patriam remeavit. Paucis exinde mensibus interjectis, regalia petit limina, januam regiæ pietatis suggestione preceque pulsat humillima, ut religiosum, mitem, humilemque monachum, sui prædecessoris Odonis fratruelem, B. Oswaldum, quem in timore divino, sanctisque virtutum operibus

Dunstan goes to Rome.

Oswald made bp. of Winton.

verissime probaverat excrevisse, promoveret ad pontificale decus Wigorniensis ecclesiæ. Annuit rex Eadgarus quod sanctus petebat Dunstanus, et ab ipso inthronizatur ad summum sacerdotium beatus Oswaldus. Defuncto Guthardo Sælesiensi episcopo, successit Ælfredus.

Guthheard bp. of Selsey ob.; Ælfred succeeds.

A. D. 963.

Byrhthelm bp. of Winton ob.; Æthelwold succeeds.

Sanctus Æthelwoldus,[1] venerabilis abbas, a B. Dunstano educatus, mortuo Brihthelmo, episcopatum Wintoniensis ecclesiæ suscepit; et eodem anno, jussu regis expulsis clericis, Vetus Monasterium cum monachis instituit. Hic namque regem, cujus eximius erat consiliarius, ad hoc maxime provocavit, ut clericos a monasteriis expelleret, et monachos sanctimonialesque in eis collocari juberet.[2]

Secular clergy expelled; monks established.

A. D. 964.

Eadgar marries Ælfthryth;

Rex Anglorum pacificus Eadgarus Ordgari ducis Domnaniæ filiam, Ælfthrytham nomine, post mortem viri sui Æthelwoldi, gloriosi ducis Orientalium Anglorum, in matrimonium accepit;[3] ex qua duos filios, Eadmundum et Æthelredum, suscepit. Habuit etiam prius ex Ægelfleda Candida, cognomento Eneda,[4] Ordmæri ducis filia, Eadwardum, postea regem et martyrem; et de sancta Wlfthrytha, virginem Deo devotissimam Eadgitham. Eodem anno rex idem monachos in Novo Monasterio et in Middeltune collocavit, et illis Æthelgarum, istis Cinewardum abbates constituit.[5]

his offspring.

Monks established at Winton and Middleton.

---

[1] *Æthelwoldus.*] Abbendonensis ecclesiæ. *L. add.*

[2] Sax. Chron. Vice vero S. Æthelwoldi, Abbendoniæ abbas constituitur Osgarus, ejusdem monasterii monachus; sed quia ecclesiam Abbendonensem ante susceptum episcopatum dedicandam reliquerat, post sui consecrationem et ipsam una cum B. Dunstano et aliis nonnullis coepiscopis suis in honore Dei genitricis Mariæ consecravit, v. Kal. Jan. [28 Dec]. *Add. L.*

[3] *Accepit.*] Sax. Chron. For the romantic story of Ælfthryth (Elfrida) see W. Malm. § 157. G. Gaimar apud Petrie, v. 3601 seqq., Bromton.

[4] *Eneda.*] i. e. The Duck.

[5] Sax. Chron.

Rex Anglorum pacificus Eadgarus, in monasterio Rumesige, quod avus suus rex Anglorum Eadwardus Senior construxerat, sanctimoniales collocavit, sanctamque Mærwynnam super eas abbatissam constituit. A. D. 967. Nuns at Romsey: S. Mærwyn abbess.

Rex Anglorum pacificus Eadgarus, monachis in Exanceastra congregatis, virum religiosum Sidemannum illis abbatis jure præfecit. Mortuo Aldredo Lindisfarnensi episcopo, successit Alsius. A. D. 968. Monks at Exeter: Sideman abbot. Ealdred bp. of Lindisfarne ob.; Ælfsig succeeds.

Rex Anglorum pacificus Eadgarus S. Dunstano Dorubernensis, et B. Oswaldo Wigorniensis, et S. Æthelwoldo Wintoniensis ecclesiæ episcopis præcepit, ut, expulsis clericis, in majoribus monasteriis per Merciam constructis monachos collocarent. Unde S. Oswaldus, sui voti compos effectus, clericos Wigorniensis ecclesiæ monachilem habitum suscipere renuentes de monasterio expulit; consentientes vero hoc anno, ipso teste, monachizavit, eisque Ramesiensem cœnobitam Wynsinum, magnæ religionis virum, loco decani præfecit.[1] A. D. 969. Secular clergy expelled from Mercia, and monks introduced. Secular priests expelled from Worcester.

Sancti ac venerabilis antistitis Swithuni reliquiæ, peractis a sepultura ejus CX. annis, indictione XIII., idus Julii [15 Jul.], feria sexta, sublatæ sunt de monumento a S. Æthelwoldo, venerabili præsule, et ab Ælfstano Glæstoniensis, et Æthelgaro Novi Monasterii abbatibus, et in basilica Apostolorum Petri et Pauli decentissime sunt reconditæ. Eodem anno Osulfus Wiltoniensis præsul obiit, et in Wiltonia tumulatus est; pro quo vir venerandus ordinatus est Ælfgarus.[2] A. D. 970. Translation of St. Swithin. Osulf bp. of Wilton ob.; Ælfgar succeeds.

---

[1] *Wynsinum . . . . . præfecit.*] Hist. Rames. c. XX.

[2] *Ælfgarus.*] The authorities vary with regard to the order of succession of Ælfgar and Ælfstan: MS. *B.* and Malmesbury (De Pont. lib. II.) agree with the text; while, according to the list at the end of Florence, and the other MSS., Ælfstan appears as

A. D. 971. The ætheling Eadmund, the ealdormen Ælfheah, and Ordgar ob.

Clito Eadmundus, regis Eadgari filius, obiit, et in monasterio Rumesige honorifice est sepultus.[1] Eodem anno Alfegus Suthamtunensium dux obiit, et Glæstoniæ tumulatus est. Non multo post Ordgarus dux Domnaniæ, socer regis Eadgari, decessit, et in Exanceastre sepultus est.

A. D. 972. Dedication of the New Minster at Winton. Ælfwold bp. of Crediton ob. Oskytel abp. of York ob., Oswald succeeds.

Rex Anglorum pacificus Eadgarus Novi Monasterii ecclesiam, a patre suo rege Eadmundo inceptam, a se vero perfectam, honorifice dedicare præcepit. Eodem anno Ælfwoldus Domnaniæ præsul XIX°. episcopatus sui anno decessit, et in Cridiantune sepultus requiescit.[2] Defuncto Eboracensi archiepiscopo Oskytello, suus propinquus S. Oswaldus, Wigorniensis episcopus, pro eo in archiepiscopatum eligitur.

A. D. 973. Oswald receives the pall. Eadgar consecrated and anointed at Bath; sails round Britain to Chester: eight kings pay him homage, and row him up the Dee.

[Stephanus papa C.XXXIV.[3]]: a quo sanctus Oswaldus pallium suscepit. Rex Anglorum pacificus Eadgarus, suæ ætatis anno XXX°., indictione prima, quinto idus Maii [11 Maii], die Pentecostes, a beatis præsulibus Dunstano et Oswaldo, et a cæteris totius Angliæ antistitibus, in Civitate Acamanni benedicitur, et cum maximo honore et gloria consecratur, et in regem ungitur. Interjecto deinde tempore, ille cum ingenti classe, septentrionali Brytannia circumnavigata, ad Legionum Civitatem appulit; cui subreguli ejus octo,[4] Kynath, scilicet, rex Scottorum, Malcolm rex Cumbrorum, Maccus plurimarum rex insularum, et alii quinque, Dufnal, Siferth, Huwal, Jacob, Juchil, ut mandarat, occurrerunt, et quod sibi fideles et terra et mari co-

---

the immediate successor of Osulf. Defuncto Ælfredo Sælesiensi episcopo, successit Eadelmus. *Add. alia manu.*

[1] *Sepultus.*] Sax. Chron. a. 972.

[2] *Requiescit.*] Cui Sidemannus successit. *Add. alia manu.*

[3] *Stephanus papa* CXXXIV.] This should be Benedict VI., who reigned from 972 to 974.

[4] *Subreguli ejus octo.*] The Sax. Chron. says six, but does not give the names.

operatores esse vellent, juraverunt: cum quibus die quadam scapham ascendit, illisque ad remos locatis, ipse clavum gubernaculi arripiens, eam per cursum fluminis Deæ perite gubernavit, omnique turba ducum et procerum, simili navigio comitante, a palatio ad monasterium S. Johannis Baptistæ navigavit; ubi facta oratione, eadem pompa ad palatium remeavit: quod dum intraret, optimatibus fertur dixisse, tunc demum quemque suorum successorum se gloriari posse regem Anglorum fore, cum tot regibus sibi obsequentibus, potiretur pompa talium honorum. Sumertunensis episcopus Brihthelmus obiit, et in Wyllum[1] humatus est; cui successit Middeltunensis abbas Cinewardus. Byrhthelm bp. of Wells ob.; Cyneweard succeeds.

Hoc anno terræ motus per totam Angliam factus est maximus. [Ebergerius archiepiscopus Coloniensis obtulit in sempiternum Scottis monasterium Sancti Martini in Colonia, quibus primus præfuit abbas Minborinus Scottus]. A. D. 974. An earthquake. Abp. Ebergerius bestows the abbey of St. Martin at Cologne on the Scots.

Anglici orbis basileus, flos et decus antecessorum regum, pacificus rex Eadgarus, non minus memorabilis Anglis quam Romulus Romanis, Cyrus Persis, Alexander Macedonibus, Arsaces Parthis, Karolus Magnus Francis, postquam cuncta regaliter consummavit, anno ætatis suæ XXXII°., regni autem illius in Mercia et Northhymbria XIX°., ex quo vero per totam Angliam regnavit XVI°., indictione tertia, VIII. idus Julii [8 Jul.], feria quinta, ex hac vita transivit, filiumque suum Eadwardum et regni et morum hæredem reliquit:[2] corpus vero illius Glæstoniam delatum, regio more est tumulatum.[3] Is itaque dum viveret $\overline{\text{III}}$.DC. robustas sibi congregaverat A. D. 975. Death of king Eadgar. Of Eadgar's naval proceedings.

[1] *Wyllum.*] Wells. See 'A brief History of the Bishoprick of Somerset,' edited for the Camden Society by the Rev. Joseph Hunter, F.S.A.

[2] Sax. Chron.

[3] Hist. Rames. cap. XXXVI.

naves, ex quibus, Paschali emensa solennitate, omni anno M.CC. in orientali, M.CC. in occidentali, M.CC. in septentrionali insulæ plaga coadunare, et ad occidentalem cum orientali classe, et, illa remissa, ad borealem cum occidentali, ipsaque remissa, cum boreali ad orientalem classem remigare, eoque modo totam insulam omni æstate consueverat circumnavigare, viriliter hoc agens ad defensionem contra exteros regni sui, et suum suorumque ad bellicos usus exercitium. Hieme autem et vere, infra regnum usquequaque per omnes provincias Anglorum transire, et quomodo legum jura, et suorum statuta decretorum a principibus observarentur, neve pauperes a potentibus præjudicium passi opprimerentur, diligenter solebat investigare. In uno fortitudini, in altero justitiæ studens, in utroque reipublicæ et regni utilitatibus consulens. Hinc hostibus circumquaque timor, et omnium sibi subditorum erga eum excreverat amor: cujus decessu totius regni status est perturbatus, et post tempus lætitiæ, quod illius tempore stabat pacifice, cœpit tribulatio undique advenire; nam princeps Merciorum Ælfere quampluresque regni primates, magnis obcœcati muneribus, abbates cum monachis de monasteriis, in quibus rex pacificus Eadgarus eos locaverat, expulerunt, et clericos cum uxoribus suis introduxerunt. Sed huic vesaniæ viri timorati, dux Orientalium Anglorum Æthelwinus, Dei amicus, et suus germanus Ælfwoldus, et Byrhtnothus comes, vir religiosus, restiterunt; et, in synodo constituti, se nequaquam ferre posse dixerunt, ut monachi ejicerentur de regno, qui omnem religionem tenuerunt in regno: congregato dein exercito, monasteria Orientalium Anglorum maxima strenuitate defenderunt.[1] Dum hæc

His administration of justice.

Ælfhere expels the monks:

he is opposed by Æthelwine, Ælfwold, and Byrhtnoth.

Eadweard elected king.

[1] Sax. Chron. Hist. Rames. cap. XXXVIII. Ingulph.

aguntur, de rege eligendo magna inter regni primores oborta est dissensio; quidam namque regis filium Edwardum, quidam vero fratrem illius elegerunt Ægelredum. Quam ob causam archipræsules Dunstanus et Oswaldus, cum coepiscopis, abbatibus, ducibusque quam plurimis, in unum convenerunt, et Eadwardum, ut pater suus præceperat, elegerunt; electum consecraverunt, et in regem unxerunt.[1] Cinewardus Sumertunensis episcopus obiit. Cometes stella autumnali tempore visa est.[2]

Cyneweard bp. of Wells ob.
A comet.

A. D. 976.

Oslac banished.

Fames valida Angliam invasit. Quo anno vir magnificus dux Oslacus injuste expellitur Anglia.[3]

A. D. 977.

Synod at Kyrtlington; and at Calne: accident there.

In East-Anglia, apud villam quæ Cyrtling nominatur, maxima synodus celebratur.[2] Dehinc apud Kalne, regiam villam, dum alia celebraretur, totius Angliæ majores natu, qui ibidem congregati fuerant, excepto sancto Dunstano, de solario corruerunt, quorum quidam mortui sunt, quidam vero mortis periculum vix evaserunt.[2] Tertia apud Ambresbyrig synodus celebrata est. Domnaniæ præsul Sidemannus obiit;[4] cui Alfricus successit.

Synod at Amesbury.
Sideman bp. of Crediton ob.

A. D. 978.

Murder of Eadweard at Corfe Castle; succession of Æthelred.

Rex Anglorum Eadwardus, jussu novercæ suæ Ælfthrythæ reginæ, in loco qui Corvesgeate dicitur, a suis injuste occiditur, et apud Werham non regio more sepelitur; cujus frater Ægelredus, clito egregius, moribus elegans, pulcher vultu, decorus aspectu, indictione sexta, die Dominica, XVIII. kal. Maii [14 Apr.], post Paschalem festi-

[1] Osbern, Vita Dunstani.

[2] Sax. Chron.

[3] Sax. Chron. Defuncto Algaro Wiltunensi præsule, successit Ælfstanus abbas Sancti Æthelwoldi apud Abbendoniam: illi substituitur Siricius. *Add. alia manu. B.*

[4] *Sidemannus obiit.*] Cujus corpus Abbandoniam defertur, et in porticu S. Pauli Apostoli illic decenter humatur. *L. Add.*

vitatem, a sanctis archipræsulibus Dunstano et Oswaldo, et decem episcopis, in Cyngestune, ad regni fastigium est consecratus.[1] Ælfwoldus Dorsetensium episcopus obiit, et in Scireburnan sepultus est.[2] Nubes per totam Angliam, media nocte, nunc sanguinea, nunc ignea visa est; dehinc, in radios diversos et colores varios mutata, circa auroram disparuit.[3]

Ælfwold bp. of Sherburne ob.

A fiery meteor.

A. D. 979.

Corpse of Eadweard removed to Shaftesbury.

Dux Merciorum Ælferus cum multitudine populi Werham venit, sanctumque corpus pretiosi regis et martyris Eadwardi de tumulo sublevari præcepit; quod dum esset nudatum, sanum atque incolume ab omni clade et contagione est inventum: lotum deinde, novisque vestimentis indutum, ad Sceaftesbyrig est delatum, et honorifice tumulatum.[4]

A. D. 980.

Eadhelm bp. of Selsey ob.; Æthelgar succeeds.

The Northmen devastate Thanet and Cheshire.

Æthelgarus Novi Monasterii venerabilis abbas, defuncto Eadelmo, sexto nonas Maii [2 Maii], Seolisigensis ecclesiæ præsulatum suscepit. Eodem anno Suthamtonia a Danicis piratis devastatur, et ejus cives omnes fere vel occisi, vel captivi sunt abducti. Nec multo post Tenetland insulam idem devastat exercitus. Quo etiam anno Civitatis Legionum provincia a Norwegensibus piratis devastatur.[2]

A. D. 981.

Padstow abbey ravaged; Devonshire and Cornwall plundered.

Ælfstan bp. of Wilton ob.; Sigeric succeeds.

Sancti Petroci confessoris monasterium in Cornubia devastatum est a piratis, qui anno præterito Suthamtoniam devastarunt: qui deinde in Domnania, et in ipsa Cornubia, circa ripas maris, frequentes prædas agebant. Ælfstanus Wiltoniensis episcopus defunctus, Abbandoniæ[5] sepelitur;[2] pro quo Siricius episcopatum susce-

---

[1] Sax. Chron. aa. 978 and 979, the latter evidently wrong, as inconsistent with the indiction.

[2] Sax. Chron.

[3] Sax. Chron. a. 979.

[4] Sax. Chron. a. 980.

[5] *Abbandoniæ.*] Sicut ipse optaverat, honorifice. *L. add.*

pit.[1] Eximiæ vir religionis Wulstanus Glastoniensis decanus obiit. Wulfstan dean of Glastonbury ob.

A. D. 982. Ad provinciam Dorsetensium tres naves piratarum applicuerunt, et Portland devastarunt. Lundonia igne cremata est. Suthamtunensium dux Æthelmarus, et Suth-Saxonum dux Eadwinus decesserunt, et istius corpus Abbandoniæ, illius vero Wintoniæ in Novo Monasterio sepultum est. Hereluve Sceaftesbyriensis, et Wlfwin Werhamnensis abbatissæ de hac vita transierunt. [Eodem anno Romanorum imperator Otto Secundus, cum in partes Græciæ devenisset, Saracenorum exercitum, terras Christianorum depopulaturum, obvium habuit, cum quibus prœlium iniit, cæsisque multis ex his et illis, victor extitit. Quo domum revertente, Otto, filius fratris sui Liutolfi, filii imperatoris Ottonis Primi, et filiæ regis Anglorum Eadwardi Senioris, obiit.[2]

Pirates ravage Portland. London burnt. The ealdormen Æthelmær and Eadwine ob. Hereluſu abbess of Shaftesbury ob. Otto defeats the Saracens; his nephew Otto ob.

A. D. 983. Dux Merciorum Alferus, regis Anglorum Eadgari propinquus, decessit, ejusque ducatum filius suus Alfricus suscepit.[2] The ealdorman Ælfhere ob.; succeeded by Ælfric.

A. D. 984. Sanctus Æthelwoldus Wintoniensis episcopus, indictione secunda,[3] kal. Augusti [1 Aug.], e seculo migravit; cui successit Bathonicus abbas Ælphegus.[2] Hic in monasterio, cui Deorhyrste vocabulum est, religionis susceperat habitum.[4] Æthelwold bp. of Winton ob.; Ælfheah succeeds.

A. D. 985. Venerabilis monachus Eadwinus Abbandunensi monasterio abbatis jure præficitur.[5] Kyne- Eadwine abbot of Abingdon.

---

[1] *Siricius episcopatum suscepit.*] Some confusion prevails in the order of succession of the bishops of Wilton; in the list at the end of Florence, Ælfstan stands before Ælfgar, while in Malmesbury (De Pont. lib. II.) it is the reverse; Sigericus (Siricius) then follows. For Ælfgarus two MSS. have Wulfgar, as in the printed editions of Florence's text, and Sax. Chron.

[2] Sax. Chron.

[3] *Secunda.*] An error apparently for 'duodecima.'

[4] *Habitum.*] Domnus etiam Osgarus abbas Abbendoniæ per idem tempus diem clausit ultimum. *L. add.*

[5] *Præficitur.*] For this entry MS. *L.* (a. 984—5) has 'Erat tunc major domus regiæ Ælfricus quidam præpotens, fratrem habens Edwinum institutione mo-

Cyneweard bp. of Wells ob.; Sigegar succeeds.

wardo Wellensi episcopo defuncto, successit Sigarus abbas.

A. D. 986.

Æthelred besieges Rochester.

Ælfric banished.

Abbot Minborinus ob.; succeeded by Kilian.

Rex Anglorum Ægelredus, propter quasdam dissensiones, civitatem Hrofi obsedit, et visa capiendi illam difficultate, iratus discessit, et terras Sancti Andreæ Apostoli devastavit.[1] Dux Merciorum Alfricus, Ælferi ducis filius, Anglia expellitur.[2] [Minborinus abbas Scottus, in monasterio S. Martini in Colonia obiit XV. kal. Augusti [18 Jul.], die Dominica; Kilianus ei successit].

A. D. 987.

A fever and murrain.

Hoc anno duæ retro sæculis Anglorum genti incognitæ pestes, scilicet, febris hominum, et lues animalium, quæ Anglice Scitta vocatur, Latine autem fluxus interaneorum dici potest, totam Angliam plurimum vexaverunt, et clade pervalida tam homines afficiendo, quam animalia penitus consumendo, per omnes fines Angliæ inedicibiliter desævierunt.[3]

A. D. 988.

The Danes ravage Watchet; Goda and Strenwold slain.

Dunstan ob.; succeeded by Æthelgar.

Wecedport a Danicis piratis devastatur, a quibus etiam satrapa Domnaniæ, Goda nomine,[1] et miles fortissimus Strenwoldus, cum aliis nonnullis perimuntur; sed tamen ex illis pluribus occisis, Angli loco dominantur funeris. B. Dunstanus archiepiscopus, indictione prima, XIV. kalend. Junii [19 Maii], Sabbato,[4] obiit, cui successit Æthelgarus, primus in Novo Monasterio abbas a B. Æthelwoldo Wintoniæ factus, post Australium Saxonum episcopus.[5]

A. D. 989.

Sigeric succeeds Æthelgar.

Æthelgaro Doruberniæ archiepiscopo successit Siricius[6] Wiltunensium episcopus, qui, clericis a

---

nachum: hic apud regem pretio exegit ut frater ejus Abbendoniæ abbas præficeretur, quod et factum est.'

[1] Sax. Chron.

[2] Sax. Chron. a. 985.

[3] Sax. Chron. a. 986.

[4] *Sabbato.*] In 988, xiv. kal. Jun. fell on a Saturday; but, a. 1012, Florence renders 'Saternes dæg' by *Sabbatum.*

[5] *Episcopus.*] Cui sedes tunc erat apud Selesium; illique successit Ordbrihtus ad Selesium. *C. B. Add. alia manu.*

[6] *Siricius.*] To this archbishop Sigeric Ælfric dedicated his Homilies.

Cantuaria proturbatis, monachos induxit. Defuncto Alsio Lindisfarnensi præsule, Aldhunus successit.

A. D. 990.
Ælfsige bp. of Lindisfarne ob.; succeeded by Ealdhun.

Eodem anno Gipeswic Dani depopulati sunt, quorum duces fuerunt Justin, et Guthmund filius Steitan;[1] cum quibus non multo post strenuus dux Orientalium Saxonum Byrhtnothus juxta Mældunan prœlium commisit; sed utrinque infinita multitudine cæsa, ipse dux occubuit; Danica vero fortuna vicit.[2] Quo insuper anno, Sirici, Dorubernensis archiepiscopi, et ducum Æthelwardi et Alfrici consilio, Danis tributum, quod erat decem millia librarum, primitus datum est, ut a crebris rapinis, cremationibus, et hominum occisionibus, quas circa ripas maris frequenter agebant, desisterent, pacemque firmam cum eis tenerent.[3] Sanctus Oswaldus archiepiscopus monasterium Ramesege, quod ipse et Dei amicus dux Orientalium Anglorum Æthelwinus construxerunt, divino adjutus auxilio, et confortatus adminiculo Æscwii Lincolniensis episcopi, sexto idus Novembris [8 Nov.], feria tertia, consecravit.[4]

A. D. 991.
The Danes sack Ipswich.
Battle of Maldon; death of Byrhtnoth.
Tribute first paid to the Danes.
Abp. Oswald consecrates Ramsey abbey.

Sanctus Oswaldus archiepiscopus, indictione v., secundo kal. Martii [29 Feb.], feria secunda, transiens ex hac vita, regni cœlestis gaudia conscendit,[5] et Wigorniæ in ecclesia sanctæ Mariæ, quam ipse a fundamentis construxerat, requiescit; cui venerabilis Medeshamstudensis[6] abbas Aldulfus successit, pro quo Kenulfus abbatis jure fungitur. Nec diu post excessum beati

A. D. 992.
Abp. Oswald ob.;
Ealdulf succeeds.
Death of Æthelwine.

[1] *Steitan.*] See the treaty with these chieftains in the 'Ancient Laws and Institutes of England.'

[2] Sax. Chron. See the poem on the battle of Maldon and death of Byrhtnoth in 'Analecta Anglo-Saxonica,' p. 131.

[3] Sax. Chron. a. 991, and again a. 993.

[4] Hist. Rames. cap. LXII.

[5] Sax. Chron.

[6] *Medeshamstudensis.*] Of Peterborough.

Oswaldi, egregiæ dux memoriæ Æthelwinus, Dei amicus, defunctus est,[1] qui fratribus suis Æthelwoldo, et Alfwoldo, et Ægelsino, licet junior ætate, illos tamen mansuetudine, pietate, bonitate, et justitia excellebat, et, ut vir maximæ honestatis et munditiæ, Paradisi civibus, uti credi libet, est allectus; cujus corpus maximo cum honore Ramesegiam delatum, a sancto Alphego Wintoniensi episcopo est tumulatum.[2] Consilio jussuque regis Anglorum Ægelredi, procerumque suorum, de tota Anglia robustiores Lundoniæ congregatæ sunt naves, quas rex, lectis instruens militibus, illis Alfricum, cujus supra meminimus, et Thoredum duces, Ælfstanum Wiltoniensem, et Æscwium[3] episcopos præfecit, mandans ut, si quo modo possent, Danorum exercitum in aliquo portu circumvallando comprehenderent. Verum dux Alfricus clanculo nuntium ad hostes mittens, hortatur ut sibi consulerent, et præcaverent ne ab exercitu regis improvise circumvenirentur: ipse vero dux, exemplum flagitii singulare, nocte quæ præcessit diem quo cum Danis Angli statuerant fortiter dimicare, clam omnibus ad classem profugit Danicam, et cum eis mox fœdam iniit fugam. Quod ubi cognovit classis regia, fugientes insequitur: nec mora, ex illis una tantum navis capitur, omnique in ea multitudine cæsa, spoliatur, cæteris per fugam lapsis, solum Lundonienses cum Orientalibus Anglis fortuito casu occurrerunt, commissoque prœlio, multa millia Danorum occiderunt; insuper etiam ducis Alfrici navem, cum militibus et armis, ipso per fugam vix elapso, ceperunt, et victores extiterunt.[1]

A fleet collected at London.

Ælfric sends intelligence and flees to the Danes.

Defeat of the Danish fleet.

A. D. 993. Hoc anno prædictus exercitus Danorum Bebbanburh infregit, et omnia quæ in ea sunt

Bamborough sacked;

[1] Sax. Chron.

[2] Hist. Rames. cap. LXII.

[3] *Æscwium.*] Bishop of Dorchester.

reperta secum asportavit; dehinc ad ostium Humbræ fluminis cursum suum dirigens, in Lindesege et in Northhymbria, multis villis incensis hominibusque cæsis, magnam prædam cepit; contra quos provinciales quamplures conglobati properanter ascenderunt; sed cum prœlium essent commissuri, duces exercitus, Frana videlicet, Frithogist, et Godwinus, quia ex paterno genere Danici fuerunt, suis insidiantes, auctores fugæ primitus extiterunt. Eodem anno, jussu regis Ægelredi, excæcatus est Alfgarus, prædicti ducis Alfrici filius.[1]

Lindsey and Northumbria ravaged.

Treachery of Fræna, Frithogist, and Godwine.

Ælfgar blinded.

Anlafus rex Norreganorum[2] et Sweinus rex Danorum, die Nativitatis sanctæ Mariæ [8 Sept.], xciv. trieribus Lundoniam advehuntur, quam mox effringere et incendere conantur; sed, Dei suæque genetricis Mariæ juvamine, non sine parvo detrimento sui exercitus a civibus repelluntur: unde, furore simul et tristitia exasperati, eadem die recesserunt inde, et primitus in East-Saxonia, et Cantia, circaque ripas maris, deinde in Suth-Saxonia, Suthamtunensique provincia villas incendunt, agros devastant, et, sine respectu sexus, quamplures ferro et flamma absumunt, prædamque ingentem agunt. Ad postremum vero, equos sibi rapientes, multasque per provincias debacchando discurrentes, ne sexui quidem muliebri, vel innocuæ parvulorum pepercerunt ætati, quin universos atrocitate ferina contraderent morti. Tunc rex Ægelredus, procerum suorum

A. D. 994.

Anlaf and Svein attack London; plunder and destroy in Essex, Kent, Sussex, and Hants.

They receive tribute, and winter at

[1] Sax. Chron.

[2] *Rex Norreganorum.*] This was the famous Norwegian king Olaf Tryggvason, who, after his conversion and baptism by a hermit on one of the Scilly islands, became a most cruel persecutor of his pagan countrymen. He perished by leaping overboard with the survivors of his crew, in the battle of Svöldr (a. 1000), against the combined fleets of his former ally, Svein king of Denmark, and Olaf of Sweden. See the Treaty between him and Athelred in the 'Ancient Laws and Institutes of England.'

Southampton. consilio, ad eos legatos misit, promittens tributum et stipendium ea conventione illis se daturum, ut a sua crudelitate omnino desisterent; qui petitioni regis acquiescentes, ad suas regressi sunt naves, et sic ad Suthamtun totus congregatus exercitus ibidem hiemaverunt; quibus de tota West-Saxonia stipendium dabatur; de tota vero Anglia tributum, quod erat XVI. millia librarum, dependebatur. Anlaf is confirmed at Andover; Interea, jussu regis Ægelredi, Wintoniensis episcopus Alphegus, nobilisque dux Æthelwardus regem Anlafum adierunt, obsidibusque datis, illum ad regiam villam Andeafaran, ubi rex manebat, cum honore deduxerunt; quem rex honorifice suscepit, confirmari ab episcopo fecit, sibi in filium adoptavit, regioque munere donavit: promises not to revisit England with an army. ille vero se non amplius ad Angliam cum exercitu venturum, regi Ægelredo promisit, et ad naves postea rediit, æstateque imminente ad patriam devectus, sua promissa bene custodivit.[1]

A. D. 995. A comet. Abp. Sigeric ob.; succeeded by Ælfric bp. of Wilton, and he by Brihtwold. Cometa visus est. Siricio Doruberniæ archiepiscopo successit Alfricus monachus Glastoniensis, Wiltuniensium episcopus, illique successit[1] ad Wiltuniam Brihtwoldus. Lindisfarne-Ii dicitur insula quæ a vulgo Halig-ealond appellatur: in mari sita est, maris recessus quotidie intrantibus siccum præbet iter. In hac insula sedes episcopalis fuit Cuthberti et antecessorum ejus, successorum quoque multo tempore. Translation of St. Cuthberht. Ea vero tempestate, qua Hinguar et Hubba Angliam vastaverunt,[2] Eardulfus, qui tunc episcopus erat Lindisfarnensis ecclesiæ, cum his qui in ecclesia erant, incorruptum S. Cuthberti corpus tollens, insulam reliquit, propter barbarorum immanitatem, et per aliquot annos incertis sedibus cum S.

[1] Sax. Chron. [2] *Vastaverunt.*] A. D. 875.

Cuthberti corpore vagabatur, donec in loco qui Cunegaceastre dicitur, episcopalis cathedra esset locata, quod factum est tempore Ælfredi regis Anglorum. Post annorum curricula multorum, regnante Ægelredo rege Anglorum, corpus sanctum, sicut oraculo cœlesti præmonstratum fuerat, in Dunhelmum perlatum est, atque sedes episcopalis ibidem constituta. Idcirco sanctus Beda Lindisfarnensem ecclesiam ponit, ubi primitus sedes erat episcopalis; tempore namque Bedæ nulla erat cognitio Dunhelmi. Anno vero ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi D.CCCC.XCV., sedes episcopalis in Dunhelmum translata est. See of Lindisfarne removed to Chester-le-street, and thence to Durham.

Alfricus Doruberniæ archiepiscopus consecratur.[1] A. D. 996. Abp. Ælfric consecrated.

Danorum exercitus, qui remanserat in Anglia, circumnavigata West-Saxonia, ostium Sabrinæ fluminis intravit, et nunc septentrionalem Brytanniam, nunc Cornubiam, nunc in Domnania Wecedport devastavit, villisque quamplurimis incensis, multas hominum strages dedit. Deinde, Penwithsteort[2] regirato, in ostium fluminis Tameræ Domnaniam et Cornubiam sequestrantis devectus, navibus prosilivit, nulloque prohibente, usque ad Lydefordam suum incendium continuavit, et cædes hominum reiteravit. Ad hæc etiam Ordulfi Domnaniæ primatis monasterium, quod Teavistoce nominatur, combussit, ingentique præda onustus, ad naves repedavit, eodemque in loco hiemavit.[3] A. D. 997. The Danes enter the Severn; ravage Cornwall, Devon, etc.; land in the Tamar; burn Tavistock abbey.

Memoratus Paganorum exercitus ostium fluminis quod Frome dicitur appulsus, Dorsetaniam maxima ex parte devastavit; dein frequenter Insulam Vectam adiit, sæpe Dorsetaniam repetiit, A. D. 998. The Danes ravage Dorsetshire; plunder Sussex and Hants.

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Penwithsteort.*] The Land's End.

[3] Sax. Chron. Defuncto Sigaro Wellensi episcopo, successit Alwinus. *Add. alia manu.*

moreque solito prædæ institit, et quotiescunque in Vecta jacuit, de Suth-Saxonia, et de Suthamtunensi provincia sibi victum accepit. Adversus tantam tempestatem multotiens congregatus est exercitus, sed quotiens prœlium essent commissuri, Angli, aut insidiis, aut aliquo infortunio impediti, terga verterunt, et hostibus victoriam dederunt.[1]

A. D. 999. The Danes besiege Rochester, and ravage Kent.

Sæpe dictus exercitus Paganorum ostium Tamensis fluminis ingressus, per flumen Meodeweage Roveceastram advehitur, eamque paucis diebus obsidione cinxit. Ad quos repellendos conglobati Cantwarienses, asperum cum eis prœlium ineunt, sed multis ex his et illis cæsis, Dani loco dominantur funeris. Hinc equites effecti, occidentalem Cantiæ plagam ferme totam sunt demoliti. Qua re cognita, rex Anglorum Ægelredus, suorum primatum consilio, et classem et pedestrem congregavit exercitum; verum dum paratæ essent naves, duces exercitus de die in diem moram cœptis innectentes, populum graviter vexabant. Ad ultimum vero, nec classica nec pedestris manus quicquam communis utilitatis agebat, præter populi laborem, pecuniæ perditionem, hostium incitationem.[2]

A. D. 1000. They sail to Normandy. Æthelred ravages Cumberland and Man.

Danorum classis præfata hoc anno Nortmanniam petit. Rex Ægelredus terram Cumbrorum fere totam depopulatus est. Hic suæ classi mandavit, ut circumnavigata Septentrionali Brytannia, in loco constituto sibi occurreret; sed vi ventorum præpedita non potuit: insulam tamen quæ Monege dicitur devastavit.[2]

A. D. 1001. Invention of St. Ive.

Inventio corporis sancti Ivonis archiepiscopi.[3] Memoratus Paganorum exercitus de Normannia

---

[1] Sax. Chron. Domnaniæ præsule Ælfrico defuncto, successit Alfwoldus, illique alter Alfwoldus. *Add. alia manu.*

[2] Sax. Chron.

[3] *Archiepiscopi.*] For the full particulars of this discovery see Hist. Rames. cap. LXVIII.

Angliam revectus, ostium fluminis Eaxæ ingreditur, et mox ad expugnandam urbem Exanceastram egreditur; sed dum murum illius destruere moliretur, a civibus, urbem viriliter defendentibus, repellitur; unde nimis exasperatus, more solito villas succendendo, agros depopulando, homines cædendo, per Domnaniam vagatur. Quare Domnanienses, et Sumersetunenses in unum congregati, in loco qui dicitur Penho, certamen cum eis ineunt; sed Angli, pro militum paucitate, Danorum multitudinem non ferentes, fugam capessunt; illi vero multa strage facta victores existunt. Deinde adeptis caballis, per totam fere Domnaniam pejora prioribus mala gesserunt, ingentique præda capta, naves repetierunt. Inde ad Vectam Insulam cursum direxerunt, et modo in ea, modo in Suthamtonia, modo in Dorsetania, nullo obsistente, diu solitæ prædæ institerunt, et in homines ferro, et in villas igne sunt in tantum grassati, ut cum illis nec classica manus navali, nec pedestris exercitus certare auderet prœlio terrestri: idcirco et regi non parva mœstitia, et populo indicibilis inerat tristitia.[1]

The Danes repulsed at Exeter.

Battle at Penho.

The Danes ravage the Isle of Wight, Hants, and Dorsetshire.

Rex Anglorum Ægelredus, habito consilio cum regni sui primatibus, utile duxit a Danis dextras accipere, illisque, ut a malis cessarent, stipendium dare, et placabile tributum solvere. Hujus rei gratia dux Leofsius ad eos est transmissus, qui cum venisset, stipendium et tributum ut acciperent flagitavit. Illi vero legationem ejus libenter amplectentes, petitis acquieverunt, et, pro tenenda pace, quantum tributi sibi dependeretur statuerunt. Nec diu post XXIV. millia librarum illis persolvebantur. Interea idem dux

A. D. 1002.

Tribute paid to the Danes.

Æfic mur-

[1] Sax. Chron.

dered by Leofsige. Leofsius nobilem virum Eafic, summum regis præpositum, occidit, unde rex ira succensus, patria illum expulit. Eodem anno Emmam, Saxonice Ælfgivam vocatam, ducis Nortmannorum Primi Ricardi filiam, rex Ægelredus duxit uxorem. Aldulfus archipræsul Eboracensis, coepiscopis, abbatibus, presbyteris, monachis, religiosis quoque viris aggregatis, sancti Oswaldi archipræsulis ossa, anno regis Anglorum Ægelredi xxv°. indictione xv., xvii. kal. Maii [15 Apr.], feria quarta, e tumulo levavit, et in scrinio, quod paraverat, honorifice locavit: et non multo post, id est, secundo nonas Maii [6 Maii], ipse defunctus, in ecclesia Sanctæ Mariæ Wigorniæ est sepultus; cui successit abbas Wlstanus. Quo etiam anno rex Ægelredus omnes Danos Angliam incolentes, majores et minores, utriusque sexus, occidi jussit; quia illum suosque primates vita regnoque privare, et totius Angliæ dominium suæ ditioni conati sunt subdere.[1]

Æthelred marries Emma.

Translation of St. Oswald abp.

Ealdulf abp. of York ob.; succeeded by Wulfstan.

Massacre of the Danes.

A. D. 1003.

Svein takes Exeter.

Hoc anno rex Danorum Swein, per insilium, incuriam, et traditionem Nortmannici comitis Hugonis, quem regina Emma Domnaniæ præfecit, civitatem Exanceastram infregit, spoliavit, murum ab orientali usque ad occidentalem portam destruxit, et cum ingenti præda naves repetiit. Post hæc autem, cum Wiltoniensem provinciam devastaret, fortis exercitus de Suthamtunensi et Wiltonensi provinciis congregatus, viriliter et constanter adversus hostes pugnaturus, ascendit; sed cum tam prope essent exercitus, ut alter alterum videre quivisset, Alfricus dux supra memoratus, qui loco ducis Anglis tunc extitit, antiquas artes statim prodidit, et, simulata infirmitate, vomere cœpit, dicens se magnam infirmita-

Treachery of the ealdorman Ælfric.

[1] Sax. Chron.

tem incurrisse, et ob hoc cum hostibus dimicare nequivisse; cujus inertiam et timiditatem ut vidit exercitus, a suis inimicis sine pugna divertit mœstissimus: unde dictum est in antiquo proverbio, 'Tremescente duce in prœlio, cæteri omnes prœliatores efficiuntur pavidiores.' Swein autem videns Anglorum inconstantiam, ad civitatem Wiltoniam suum duxit exercitum, eamque devastavit et incendit. Simili quoque modo Searebyriam consumpsit, et post suas naves repetiit.[1] [Kilianus abbas Scottorum Sancti Martini, ipseque Scottus, obiit XIX. kal. Januarii [14 Dec.]. Helias Scottus post eum successit.]

Rex Danorum Swein cum sua classe Northwic advectus, illam devastavit et incendit. Tunc magnæ strenuitatis dux East-Anglorum Ulfketel, quia ex improviso venit, nec contra eum spatium congregandi exercitum habuit, cum majoribus East-Angliæ habito consilio, pacem cum eo pepigit. Verum ille, dirupto fœdere, tertia post hæc hebdomada, cum copiis suis latenter e navibus prosiliens, Theodfordam invasit, devastavit, nocte una in ea mansit, diluculo incendit. Quo cognito, dux Ulfketel quibusdam de provincialibus mandavit, ut hostium naves confringerent; at illi vel non audebant, vel jussa perficere negligebant. Ipse vero interim, quam citius potuit, clam suum congregans exercitum, adversus hostes audacter ascendit; quibus ad naves repedantibus, non æqua manu militum illis occurrit, durissimumque cum eis prœlium commisit, multisque ex his et ex illis cæsis, nobiliores quique de East-Anglia corruerunt, Dani vero vix evaserunt; sed si vires East-Anglorum jam adessent, nullo modo naves suas repeterent: ut enim ipsi testati sunt, durius et asperius bellum

A. D. 1004. Swein burns Norwich; peace between him and Ulfkytel; he burns Thetford. Battle between Swein and Ulfkytel.

in Anglia nunquam experti sunt quam illis dux Ulfketel intulerat.[1]

A. D. 1005. A famine. Svein returns to Denmark. Ælfwine bp. of Wells ob.; Lyfing succeeds.

Hoc anno dira magnaque fames Angliam invasit, quapropter rex Danorum Swein Denemarciam revertitur, post non longum tempus reversurus.[1] Alwino Wellensi episcopo defuncto, successit Livingus, qui et Æthelstanus.

A. D. 1006. Abp. Ælfric ob.; Ælfeah bp. of Winton succeeds; Kenulf succeeds Ælfeah.

Alfricus Dorubernensis archiepiscopus obiit,[2] cui Wintoniensis episcopus Alphegus successit, et pro illo Burgensis[3] abbas Kenulfus episcopatum suscepit. Rex Ægelredus Wlfgeatum Leovecæ filium, quem pene omnibus plus dilexerat, propter injusta judicia, et superba quæ gesserat opera, possessionibus, omnique honore privavit.[1] Dolosus et perfidus Edricus Streona dolum adversus nobilem ducem Ælfhelmum cogitans, apud Scrobbesbyrig magnum ei paravit convivium, ad quod cum invitatus venisset, suscepit eum Edricus, quasi suus familiaris amicus: sed insidiis præparatis, tertio vel quarto die convivii, illum secum venatum in sylvam duxit; ubi cunctis circa venationem occupatis, quidam Scrobbesbyriensis carnifex, Godwinus Porthund, id est, Oppidi Canis, quem multo ante, donis magnis multisque promissionibus, pro patrando facinore, excæcaverat Edricus, ex insidiis subito prosiluit, et ducem Ælfhelmum nefarie peremit.[4] Parvo interjecto tempore, filii ejus Wlfeagus, et Ufegetus, jussu regis Ægelredi, apud Cocham, ubi ipse tunc degebat, cæcati sunt. Kenulfus Wintoniensis episcopus obiit, cui Æthelwoldus successit. Mense dehinc Julio, Danorum classis innumera,

Murder of Ælfhelm by Eadric Streona at Shrewsbury.

Ælfhelm's children blinded.

Kenulf bp. of Winton ob.; succeeded by Æthelwold.

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Obiit.*] Et sepultus est Abbendoniæ, unde monachus extiterat. *L. add.*

[3] *Burgensis.*] Of Burh or Peterborough.

[4] *Peremit.*] These particulars are not given in the Sax. Chron.

Angliam advecta, portum Sandicum subiit, et cæde et incendio obvia quæque consumens, modo in Cantia, modo in Suth-Saxonia maximam prædam egit. Ob hoc rex Ægelredus de Mercia et West-Saxonia exercitum congregavit, et cum eis fortiter dimicare statuit; sed illi cum eo palam confligere nullatenus voluerunt, verum nunc in his, nunc in illis locis rapinas frequentes exercuerunt, et mox ad naves more solito repedabant, eoque modo per totum autumnum Anglorum vexabant exercitum; quo domum redeunte, nam hiems imminebat, illi cum enormi præda Vectam Insulam adiere, et ibidem usque ad Nativitatem Domini mansere: qua adveniente, quia rex tunc temporis in Scrobbesbyriensi provincia morabatur, per Suthamtunensem provinciam ad Bearrucscire venerunt, et Readingum, Walingafordam, Ceolesegiam vicosque quamplures combusserunt. Inde moventes, Eascesdune transito, Cwicelmeslawe adierunt; unde per aliam viam revertentes, juxta Kenetan incolas loci paratos ad prœlium offenderunt, statimque cum eis commiserunt, illosque fugaverunt, et postmodum, cum præda quam ceperant, ad naves repedarunt.[1]

The Danes land at Sandwich; avoid a battle, but ravage the country.

Hoc anno rex Anglorum Ægelredus, cum consilio primatum suorum, nuncios ad Danos legans, eis nunciare mandavit, quod sumptus et tributum eo tenore illis dare vellet, ut a rapinis desisterent, et pacem cum eo firmam tenerent; cujus postulationi consenserunt, et ex eo tempore de tota Anglia sumptus illis dabatur, et tributum, quod erat XXXVI. millia librarum, persolvebatur.[1] Quo etiam anno, rex Edricum supra

A.D. 1007. Tribute paid to the Danes. Eadric made

[1] Sax. Chron., though more circumstantially than in the existing copies.

ealdorman of Mercia.

memoratum Ægelrici filium, hominem humili quidem genere, sed cui lingua divitias ac nobilitatem comparaverat, callentem ingenio, suavem eloquio, et qui omnes id temporis mortales, tum invidia atque perfidia, tum superbia et crudelitate, superavit, Merciorum constituit ducem ; cujus fratres extiterunt Brihtricus, Ælfricus, Goda, Ægelwinus, Ægelwardus, Ægelmærus, pater Wlnothi, patris West-Saxonum ducis Godwini.

A. D. 1008. Æthelred raises a fleet.

Rex Anglorum Ægelredus de CCC.X. cassatis unam trierem, de novem vero loricam et cassidem fieri, et per totam Angliam naves intente præcepit fabricari :[1] quibus paratis, electos in eis milites cum alimentis posuit, et ut ab exterorum irruptionibus fines regni sui defenderent, illas ad Sandicum portum congregavit. Eo tempore, vel paulo ante, frater perfidi ducis Edrici Streonæ, Brihtric, homo lubricus, ambitiosus, et superbus, apud regem injuste accusavit Suth-Saxonicum ministrum Wlnothum, qui, ne caperetur, mox fugam iniit, et XX. navibus acquisitis, circa ripas maris rapinas frequentes exercuit. Ubi autem regiæ classi nunciatum est, quod si quis vellet, illum facile capere posset, LXXX. trieribus assumptis, ad persequendum illum Brihtricus profectus est : sed cum diu prospere navigasset, subito validissima tempestas oborta naves diverberavit, conquassavit, et in aridam projecit, quas Wlnothus non multo post exussit. Ea re cognita, rex cum ducibus et proceribus domum rediit, classis vero jussu illius Lundoniam adiit, sicque totius populi maximus labor periit.[1]

Brihtric falsely accuses Wulfnoth, who flees and burns several of the king's ships.

A. D. 1009. Thurkill, and Heming with Eglaf

Danicus comes Turkillus sua cum classe ad Angliam venit : exinde, mense Augusto, alia classis Danorum innumerabilis, cui præerant

[1] Sax. Chron.

duces Hemingus et Eglafus, ad Tenedland insulam applicuit, et prædictæ classi sine dilatione se junxit. Deinde ambæ Sandicum portum subeunt, et e navibus prosilientes, civitatem Cantuariam hostiliter adeunt, eamque effringere cœperunt; a quibus mox cives Cantwarienses cum Orientalibus Cantwariis dextras petentes, acceperunt, et eis $\overline{\text{III}}$. libras pro firma pace dederunt. Illi autem naves repetentes, ad Vectam Insulam cursum direxerunt, deinde in Suth-Saxonia et Suthhamtunensi provincia circa ripas maris, uti consueverant, frequenter prædam egerunt, et villas quamplures incenderunt. Quocirca rex Ægelredus de tota Anglia exercitum congregavit, et per provincias mari vicinas adversus illorum irruptiones locavit: sed illi pro hoc non destiterunt, quin pro situ ubique locorum rapinas agerent. Quadam igitur vice, dum illi solito longius a mari prædatum descederent, et onerati præda redirent, viam qua ad naves suas reversuri erant rex præoccupavit, multis millibus armatorum instructus, et, ut totus erat exercitus, mori vel vincere paratus. At perfidus dux Edricus Streona, gener ejus, habuit enim in conjugio filiam ejus Edgitham, et insidiis et perplexis orationibus ne prœlium inirent, sed ea vice suos hostes abire permitterent, modis omnibus allaboravit: suasit et persuasit, et a manibus Anglorum Danos, ut patriæ proditor, eripuit, et abire permisit. Illi vero ab eis divertentes, magno cum gaudio ad suas regressi sunt naves. Post hæc, emensa S. Martini festivitate [11 Nov.], in Cantiam devecti, in Tamensi flumine hiemalem stationem elegerunt, et sumptus de East-Saxonia aliisque provinciis utrique ripæ fluminis vicinis, sibi rapuerunt. Sæpe etiam civitatem Lundoniam aggressi, expugnare moliti sunt, sed a civi-

arrive at Thanet; receive 3000 pounds from Kent; go to the Isle of Wight; thence to Sussex and Hampshire.

Æthelred raises an army.

The Danes escape through the treachery of Eadric Streona.

They plunder on the banks of the Thames; are repulsed from London.

bus, non sine parvo suorum detrimento, repulsi sunt.[1] Defuncto Osbrihto[2] Sælesiensi episcopo, successit Ælmarus.

Osbriht bp. of Selsey ob.; Ælfmær succeeds.

A. D. 1010. Memoratus Danorum exercitus mense Januario navibus exilientes, per saltum qui dicitur Ciltern, Oxenafordam adeunt, eamque devastantes incendunt, et sic in utraque parte Tamensis fluminis in revertendo prædam agunt. Quibus cum nunciatum fuisset, exercitum adversus illos Lundoniæ congregatum, et cum eis prœlium commissurum, pars exercitus per septentrionalem ripam gradientis, in loco qui dicitur Stane[3] transivit, et in unum collecti, prædæque ubertate ditati, per Suthregiam ad suas repedarunt naves, quas tempore Quadragesimali, dum consisterent in Cantia, refecerunt.[4] Post Pascha [9 Apr.] East-Angliam advecti, et prope Gipeswic navibus egressi, ad locum qui Ringmere dicitur, ubi ducem Ulfketelum cognovere cum exercitu consedisse, perrexerunt, et durum cum eo prœlium, tertio nonas Maii [5 Maii], commiserunt;[5] sed cum pugna vehemens esset, East-Angli terga vertere, quodam Danico ministro Turkytelo, Myrenheafod[6] cognomento, fugam primitus incipiente: verum Grantebrycgenses viriliter pugnantes diu restiterunt, victique demum fugerunt. In eo prœlio gener regis Æthelstanus, nobilis minister Oswius cum filio, Wlfricus Leofwini filius, Eadwius Æfici præfati germanus, et multi alii nobiles ministri, populusque innumerabilis, corruerunt. Dani vero, loco funeris dominati, East-Angliam obtinuerunt, et equites effecti,

The Danes burn Oxford; return to their ships; land at Ipswich; defeat the East Anglians at Ringmere;

[1] Sax. Chron., but more circumstantially than Florence.

[2] *Osbrihto.*] This is an error; his name was Ordbriht.

[3] *Stane.*] Staines.

[4] Sax. Chron. a. 1009.

[5] *Commiserunt.*] The Chronicle dates this battle on the 'Prima Ascensio Domini,' or 18th May.

[6] *Myrenheafod.*] 'Equæ caput,' *superscr.* C.

tribus mensibus per totam provinciam discurrere, prædas agere, villas cremare, homines et animalia non cessabant trucidare; in paludibus etiam id idem per omnia fecerunt. Exin Theodfordam et Grantebrycge devastantes, cremaverunt. His gestis, pedites navibus devecti, equites vero equis subvecti, Tamensem fluvium repetierunt. Paucis diebus interjectis, iterum deprædaturi exierunt, et recto tramite ad Oxenafordensem provinciam tetenderunt, eamque primitus, deinde Buccingamnensem, Bedefordensem, Heortfordensem provincias, villasque cremando, homines et animalia trucidando, depopulati sunt, et post ad naves suas cum ingenti præda regressi sunt. Post hæc, circa festivitatem sancti Andreæ Apostoli [30 Nov.], Northamtuniam, et in circuitu ejus quantum volebant, igni tradiderunt, et inde Tamensem fluvium transeuntes, West-Saxoniam adierunt, et Caningamersce, majorique parte Wiltoniensis provinciæ cremata, more solito, cum præda magna ad suas naves circa Nativitatem Domini reversi sunt.[1]

burn Thetford and Cambridge; devastate the counties of Oxford, Buckingham, Bedford, and Hertford; burn Northampton; enter Wessex, and burn and plunder in Wiltshire.

A. D. 1011.

Æthelred sues for peace, promising pay and tribute.

East-Anglia, East-Saxonia, Middel-Saxonia, Heortfordensi, Buccingahamnensi, Oxenafordensi, Bedefordensi, Grantebrycgensi provinciis, medietate quoque Huntedunensis provinciæ, magnaque parte Northamtunensis pagi, in australi vero plaga Tamensis fluminis, Cantia, Suthregia, Suth-Saxonia, Suthamtunensi, Wiltoniensi, Bearrucscirensi provinciis, a memorato Danorum exercitu, ferro flammaque demolitis, rex Anglorum Ægelredus, et regni sui primates ad illos miserunt legatos pacem ab eis petentes, et ut a depopulatione desisterent, stipendium et tributum eis promittentes. Quibus auditis, ut rei probavit

---

[1] Sax. Chron., but more circumstantially than Florence.

exitus, non sine dolo et simulatione oblatis consenserunt; licet enim eis affluenter sumptus pararetur, et ad sua vota tributum penderetur, non tamen destiterunt quin turmatim per provincias ubivis discurrentes, villas devastarent, rebus suis miseros quosdam spoliarent, quosdam vero necarent. Ad ultimum, inter Nativitatem S. Mariæ [8 Sept.], et S. Michaelis festivitatem [29 Sept.], Cantwariam circumvallantes, obsederunt. Vicesimo autem obsidionis die, per insidias Ælmari archidiaconi, quem S. Alphegus ne morti traderetur prius eripuit, pars civitatis incenditur, exercitus ingreditur, urbs capitur; alii ferro jugulantur, alii flammis consumuntur, plures quoque de muris præcipites dantur, nonnulli per verenda suspensi deficiunt; matronæ crinibus per plateas civitatis distractæ, demum flammis injectæ, moriuntur; parvuli a matrum uberibus avulsi, aut lanceis excipiuntur, aut superacto carro minutatim conteruntur. Interea archipræsul Alphegus capitur, vincitur, tenetur, et variis modis afficitur. Ælmarus abbas monasterii S. Augustini abire permittitur. Capiuntur Godwinus Hrofensis episcopus, Leofruna abbatissa monasterii S. Mildrythæ,[1] Ælfredus regis præpositus, monachi quoque et clerici, populusque utriusque sexus innumerabilis. Exin ecclesia Christi spoliata comburitur, grex monachilis et turba virilis, sed muliebris nec infantilis, decimatur, novem trucidantur, decimus vitæ reservatur. Quatuor monachis et D.CCC. viris decimatorum summa perficitur. Populo cæso, urbe spoliata, et tota cremata, archipræsul Alphegus vinctus extrahitur, impellitur, graviter sauciatur, ad classem ducitur, post in carcerem retruditur, ibique VII. mensibus affligi-

The Danes take Canterbury through the treachery of the archdeacon Ælfmær.

Their cruelties there.

---

[1] *S. Mildrythæ.*] In the isle of Thanet.

tur. Interea ira Dei in homicidam populum desæviens, ex eis duo millia per diros internorum cruciatus prostravit: cæteri quoque simili modo percussi, a fidelibus commonentur ut pontifici satisfaciant; sed differunt. Prævaluit interim clades, et nunc denos, nunc vicenos, nunc plures absumpsit.[1]

Perfidus dux Edricus Streona, et omnes Angliæ primates utriusque ordinis, ante Pascha [13 Apr.] Lundoniæ congregati sunt, et ibi tamdiu morati sunt, quousque tributum Danis promissum, quod erat XLVIII. millia librarum, persolveretur. Interea sacrosancto Dominicæ requiei Sabbato [19 Apr.], archipræsuli Alphego a Danis proponitur conditio, ut si vita ac libertate velit potiri III. librarum persolvat; illo nolente, necem ejus usque ad aliud Sabbatum[2] protelant. Quo adveniente, adversus illum exarserunt ira magna; et quia vino nimis inebriati fuerant, et quia prohibuerat ne quis pro sua redemptione quicquam eis daret, proinde de carcere ducitur, ad eorum concilium protrahitur. Mox illi e sedibus prosiliunt, aversis securibus illum dejiciunt, lapidibus, ossibus, bovinis capitibus obruunt. Ad ultimum quidam, Thrum nomine, quem confirmavit pridie, impia motus pietate, securim capiti illius infixit; qui statim in Domino XIII. kal. Maii [19 Apr.] obdormivit, et victorem spiritum cum triumpho ad cœlum direxit: cujus corpus die sequenti Lundoniam defertur, a civibus honorifice suscipitur, et ab episcopis Eadnotho Lindicolinensi, et Alfhuno Lundoniensi in ecclesia S. Pauli sepelitur. Post hæc, tributo soluto, et pace juramentis fir-

A. D. 1012.

Murder of archbishop Ælfeah.

---

[1] Sax. Chron., Osberni Vita S. Elphegi apud Wharton, t. II.; Ditmar Merseberg. lib. VII.

[2] *Sabbatum.*] Here Florence renders the 'Sæternes-dæg' of the Chronicle by *Sabbatum.* See p. 148, note [4].

mata, Danica classis, ut prius erat congregata, longe lateque dispergitur; sed cum rege XLV. naves remansere, eique fidelitatem juravere, et adversus exteros Angliam se defensuros eo tenore promisere, ut eis victum tegimenque præberet.[1]

A. D. 1013. Lyfing abp. of Cant. Svein lands and goes to Gainsborough.

Livingus[2] archipræsulatum Doruberniæ suscepit. Mense Julio rex Danorum Suanus cum valida classe ad Sandicum portum est appulsus, ibique paucis diebus moratus, discessit, et East-Anglia circumnavigata, ostium Humbræ fluminis intravit, de quo in flumen Trentam intravit, et Geagnesburh navigavit, ubi et castra posuit: cui sine cunctatione comes Uhtredus et Northhymbrenses, et Lindisienses primitus, deinde Fif-burgenses, mox etiam omnis populus qui habitabat in septentrionali plaga Weatlinga-stretæ, id est, strata quam filii Weatlæ regis, ab Orientale mare usque ad Occidentale, per Angliam straverunt, deditionem obtulerunt, et pace cum illo stabilita, obsidibusque datis, fidelitatem ei juraverunt; quibus præcepit, ut equos et alimenta suo exercitui pararent. His impletis et classe cum obsidibus Canuto filio suo commendata, sibi lectos auxiliarios de deditis sumens, adversus Australes Mercios expeditionem movit, et pertransita Weatlinga-streta, suis edictum posuit, videlicet, ut agros devastarent, villas cremarent, ecclesias spoliarent, quicquid masculini sexus in manus veniret, sine respectu misericordiæ, jugularent, feminas ad suam libidinem explendam reservarent, et omnia quæ possent mala peragerent. Quibus ita facientibus, et rabie ferina debacchantibus, venit Oxenafordam, et illam citius quam putavit obtinuit, obsidibusque acceptis, festinato

Submission of earl Uhtred, the Northumbrians, Lindissians, Five-Burghers, etc.

Svein marches against the South Mercians; devastates the country;

takes Oxford;

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Livingus.*] Qui et Athelstanus, Wyllensis episcopus IX[us]. *C. suprascr.*

Wintoniam properavit: quo cum venisset, crudelitatis ejus magnitudine cives Wintonienses perterriti, pacem cum eo sine mora fecerunt, et obsides quos vel quot expetiit, dederunt. Quibus acceptis, versus Lundoniam movit exercitum, de quo multi in Tamensi fluvio submersi interierunt, quia nunquam pontem neque vadum quærere voluerunt. Cumque Lundoniam venisset, multis modis illam vel dolo capere, vel vi expugnare conatus est; sed rex Anglorum Ægelredus cum civibus, et juvamine Danici comitis Turkilli sæpe memorati, qui secum tunc temporis intus erat, muros urbis viriliter defendit, et illum abegit: qui repulsus, primo Walingafordam, dein Bathan, obvia quæque more solito rapiendo et demoliendo, adiit, ibique exercitum suum refrigerando consedit. Tunc venit ad eum Æthelmarus Domnaniæ comes, et cum eo occidentales ministri, et pace cum illo facta, obsides illi dederunt. Quibus omnibus ad velle peractis, ad suam classem reversus, ab omni Anglorum populo rex, si jure queat rex vocari, qui fere cuncta tyrannice faciebat, et appellabatur et habebatur. Cives etiam Lundonienses obsides illi miserunt, et pacem cum eo fecerunt; metuebant enim furorem illius in tantum super se exardescere, ut omnibus suis rebus ablatis, vel oculos illorum erui, vel manus vel pedes detruncari, juberet. Quod cum vidisset rex Ægelredus, reginam Emmam Nortmanniam ad suum fratrem, Secundum Ricardum Nortmannorum comitem, et filios suos, Eadwardum et Ælfredum, cum magistro illorum Ælfhuno Lundoniensi episcopo, et Alsium Medeshamstudensem abbatem naviter misit. Ipse vero cum Danica classe, quæ in Tamensi jacebat, in loco qui Grenewic nominatur, aliquantisper mansit, et post ad Vectam Insulam devectus, Nativita-

proceeds to Winchester and London.

Repulsed from London, he marches to Wallingford and Bath.

Submission of the ealdorman Æthelmær and the Western thanes.

Svein declared king.

Emma and her sons sent to Normandy.

Æthelred withdraws

to the Isle of Wight, and thence to Normandy. Tribute and pay for the fleet at Greenwich exacted by Svein and Thorkell.

tem Domini in illa celebravit. Qua peracta, Nortmanniam devehitur, et a Ricardo comite honorifice suscipitur. Interea Suanus tyrannus suæ classi sumtus affluenter parari, et tributum fere importabile solvi præcepit: similiter per omnia comes Turkillus classi, quæ apud Grenewic jacebat, solvi mandavit. Et super hæc omnia, uterque illorum quotiescunque eis libuerat, prædas egerunt, et multa mala fecerunt,[1]

A. D. 1014. Svein levies contributions on St. Edmundsbury.

Suanus tyrannus, post innumerabilia et crudelia mala, quæ vel in Anglia vel in aliis terris gesserat, ad cumulum suæ damnationis, ex oppido ubi corpus pretiosi martyris Eadmundi incorruptum requiescit, quod nemo prius audebat facere ex quo id oppidum datum fuerat memorati sancti ecclesiæ, grande tributum ausus est exigere: quod si cito non penderetur, se proculdubio ipsum oppidum cum oppidanis crematurum, ipsius martyris ecclesiam funditus eversurum, clericos variis modis cruciaturum, minatus est sæpissime. Insuper frequenter ipsi martyri multis modis detrahere, et illum nil sanctitatis habere, fuit ausus dicere: at quia modum suæ malitiæ noluit ponere, ultio divina non permisit blasphemum diutius vivere. Denique imminente vespera diei, qua in generali placito, quod apud Geagnesburh tenuerat, hæc eadem minitans reiteravit, cum Danorum cuneis circumvallatus esset densissimis, S. Eadmundum ex adverso venientem solus vidit armatum. Quem cum vidisset, expavit, et nimio cum clamore vociferari cœpit, 'Succurrite,' inquiens, 'commilitones, succurrite; ecce sanctus Eadmundus me venit occidere;' et hæc dicendo, acriter a sancto confossus cuspide, de emissario, cui insederat, decidit, et usque ad noctis crepu-

His death at Gainsborough.

---

[1] Sax. Chron.

sculum, magno cruciatus tormento, tertio nonas Februarii [3 Feb.] miserabili morte vitam finivit.[1] Quo mortuo, filium ejus Canutum sibi regem constituit classica manus Danorum. At majores natu totius Angliæ ad regem Ægelredum pari consensu nuntios festinanter misere, dicentes, se nullum plus amare vel amaturos esse quam suum naturalem dominum, si ipse vel rectius gubernare, vel mitius eos tractare vellet quam prius tractarat. Quibus auditis, Eadwardum filium suum cum legatis suis ad eos dirigens, majores minoresque gentis suæ, amicabiliter salutavit, promittens se illis mitem devotumque dominum futurum, in omnibus eorum voluntati consensurum, consiliis acquieturum, et quicquid sibi vel suis ab illis probrose et dedecorose dictum vel contrarie factum fuerat, placido animo condonaturum; si omnes unanimiter, et sine perfidia, illum recipere vellent in regnum. Ad hæc cuncti benigni responderunt. Dein amicitia plenaria ex utraque parte et verbis et pacto confirmatur. Ad hæc principes se non amplius Danicum regem admissuros in Angliam unanimiter spoponderunt. His gestis, ab Anglis in Normanniam mittitur, rex festinato Quadragesimali tempore reducitur, et ab omnibus honorabiliter excipitur. Interea Canuto et Lindisiensibus convenit, ut caballis exercitui suo paratis, prædatum simul descenderent; sed antequam essent parati, venit illo rex Ægelredus cum exercitu valido, et Canuto cum classica manu expulso, Lindesegiam totam de-

He is succeeded by Cnut. Return of Æthelred.

Cnut driven from Lindsey,

[1] *Vitam finivit.*] The Chronicle simply records the death of Svein, omitting the miracle. The Knytlinga Saga (p. 184) informs us, that Englishmen say that the holy king Edmund (Játmundr) slew him in the same manner as St. Mercurius slew Julian the Apostate. The Legend of St. Mercurius is printed in the 'Homilies of the Anglo-Saxon Church,' vol. I. p. 449.

populans flammisque consumens, omnes incolas, quos poterat, occidit. Ille vero, fugæ præsidio celeriter arrepto, versus austrum cursum dirigens, brevi Sandicum ad portum est appulsus; et obsides, qui de tota Anglia patri suo dati fuerant, in terram exposuit; illorumque manibus truncatis, auribus amputatis, naribus præcisis, abire permisit, et deinceps profectus est Denemarciam, anno sequenti reversurus. Super hæc omnia mala rex Ægelredus classi, quæ apud Grenewic jacuit, tributum, quod erat xxx. millia librarum, pendi mandavit. Mare litus egreditur tertio kal. Octobris [29 Sept.], et in Anglia villas quamplurimas innumerabilemque populi multitudinem submersit.[1]

proceeds to Sandwich, and mutilates his hostages.

A contribution paid to the fleet.

A great flood.

A.D. 1015. Hoc anno, cum apud Oxenafordam magnum haberetur placitum, perfidus dux Edricus Streona digniores et potentiores ministros ex Seovenburhgensibus, Sigeferthum et Morkerum, filios Earngrimi, in cameram suam dolose suscepit, et occulte eos ibi necari jussit; quorum facultates rex Ægelredus accepit, et derelictam Sigeferthi, Aldgitham, ad Maidulfi Urbem[2] deduci præcepit: quæ cum ibi custodiretur, venit illuc Eadmundus clito, et, contra voluntatem sui patris, illam sibi uxorem accepit, et inter Assumptionem [15 Aug.] et Nativitatem S. Mariæ [8 Sept.] profectus ad Fifburhgingos, terram Sigeferthi et Morkeri invasit, ac populum illarum sibi subjugavit. Eodem tempore Canutus rex Danorum cum magna classe ad Sandicum portum venit, et mox Cantia circumnavigata, ostium Fromæ fluminis introivit, et in Dorsetania, et Sumerseatania, Wiltoniensique provincia magnam prædam egit. Tunc,

Murder of Sigeferth and Morkere.

The ætheling Eadmund marries Sigeferth's widow.

Cnut arrives at Sandwich;

plunders in Dorsetshire, etc.

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Maidulfi Urbem.*] Malmesbury.

quia rex Ægelredus apud Cossham ægrotavit, Eadmundus clito, filius ejus, ex sua parte, et dux insidiis et dolo plenus, Edricus Streona, in sua, magnum congregaverunt exercitum: sed cum in unum convenirent, modis omnibus insidias clitoni dux tetendit, illumque dolo perimere tentavit: quibus cognitis, mox ab invicem discesserunt, et locum suis inimicis dederunt. Non diu post, idem dux de regia classe XL. naves, Danicis militibus instructas, sibi allexit, et Canutum adiens, ipsius dominio se mancipavit. Idem West-Saxones datis obsidibus fecerunt, et post exercitui caballos paraverunt.[1] Defuncto Æthelwoldo Wintoniensi episcopo, successit Ælsius, eique Ælfwinus.

Eadmund and Eadric raise an army.

Eadric's treachery.

Eadric and the West Saxons submit to Cnut.

Æthelwold, bp. of Winton, ob.; Ælfsige, then Ælfwine, succeed.

A. D. 1016.

Rex Danorum Canutus, et perfidus dux Edricus Streona, cum multo equitatu amnem Tamensem, in loco qui Cricgelade dicitur, transeuntes, ante Epiphaniam Domini [6 Jan.] Merciam hostiliter intraverunt, et multas villas in Wearicana provincia populantes, incenderunt, ac omnes quos invenerant occiderunt. Quod ut audivit clito Eadmundus, cognomine Ferreum Latus, exercitum festinato congregavit, sed cum congregatus esset, cum West-Saxonicis et Danis nolebant congredi Mercenses, nisi cum illis essent rex Ægelredus et cives Lundonienses: quapropter expeditione dimissa, unusquisque redit in sua. Festivitate vero transacta, iterum Eadmundus clito majorem congregavit exercitum: quo congregato, nuntios Lundoniam misit, rogans patrem suum, ut, cum omnibus quos habere poterat, sibi quam citius posset occurreret: qui, multis pugnatoribus coadunatis, illi festinanter occurrit. Sed cum exercitus in unum convenissent, intimatum

Cnut and Eadric ravage Warwickshire.

Eadmund vainly raises an army.

Is again frustrated.

[1] Sax. Chron.

est regi, quod nisi præcaveret sibi, quidam ex suis auxiliariis essent illum tradituri: idcirco mox exercitu dimisso, Lundoniam rediit, clito vero in Northhymbriam ivit: unde putabant nonnulli, quod adhuc adversus Canutum congregare majorem vellet exercitum; sed sicut Canutus et Edricus ex una parte, ita ille et Uhtredus, Northhymbrorum comes, provincias sunt populati nonnullas; nam prius Stæffordensem, deinde Scrobbesbyriensem, et Legecestrensem provincias devastavere, quia adversus Danorum exercitum ad pugnam exire noluerunt. Interea Canutus et Edricus Streona primitus Buccingahamnensem, Bedefordensem, Huntadunensem, Northamtunensem, Lindicolinensem, Snotingahamnensem provincias, dein Northhymbriam depopulantur: quo cognito, clito Eadmundus, depopulatione dimissa, ad patrem suum Lundoniam properavit. Comes vero Uhtredus domum festinanter rediit, et necessitate compulsus, ad Canutum cum omnibus Northhymbrensibus se contulit, et obsides ei dedit: et tamen ejus jussu vel permissu, a Turebrando, nobili et Danico viro, est peremptus, et cum eo Turketelus Neavanæ filius. Quo patrato, Canutus Egricum pro Uhtredo comitem posuit, et post alacer versus austrum per aliam viam regressus, ante Paschalem festivitatem suas cum omni exercitu naves repetiit. Eo tempore rex Anglorum Ægelredus XIV. indictione, nono kal. Maii [23 Apr.], feria II., Lundoniæ defunctus est, post magnos labores et multas vitæ suæ tribulationes,[1] quas super illum venturas, regalis consecrationis suæ die, post impositam coronam, prophetico spiritu, sanctus ei prædixerat Dunstanus: "Quoniam," inquit, "aspirasti ad re-

Withdraws to Northumbria.

Cnut and Eadric, Eadmund and Uhtred ravage the country.

Uhtred submits to Cnut; is murdered.

Cnut makes Eadric earl of Northumbria, and returns to his ships.

Death of Æthelred.

Dunstan's prophetic words at the coronation of Æthelred.

[1] Sax. Chron.

gnum per mortem fratris tui, quem occidit mater tua, propterea audi verbum Domini: hæc dicit Dominus: 'Non deficiet gladius de domo tua, sæviens in te omnibus diebus vitæ tuæ, interficiens de semine tuo, quousque regnum tuum transferatur in regnum alienum cujus ritum et linguam gens cui præsides, non novit.' Nec expiabitur nisi longa vindicta peccatum tuum, et peccatum matris tuæ, et peccatum virorum, qui interfuere consilio ejus nequam."[1] Corpus autem illius in ecclesia S. Pauli Apostoli honorifice sepultum est. Cujus post mortem, episcopi, abbates, duces, et quique nobiliores Angliæ, in unum congregati, pari consensu, in dominum et regem sibi Canutum elegere, et ad eum in Suthamtonia venientes, omnemque progeniem regis Ægelredi coram illo abnegando repudiantes, pacem cum eo composuere, et fidelitatem illi juravere; quibus et ille juravit quod, et secundum Deum et secundum seculum, fidelis esse vellet eis dominus. At cives Lundonienses, et pars nobilium, qui eo tempore consistebant Lundoniæ, clitonem Eadmundum unanimi consensu in regem levavere; qui solii regalis sublimatus culmine, intrepidus West-Saxoniam adiit sine cunctatione, et ab omni populo magna susceptus gratulatione, suæ ditioni subegit eam citissime: quibus auditis, multi Anglorum populi magna cum festinatione illi se dederunt voluntarie. Canutus autem interim cum tota sua classe circa Rogationes [7 Maii] Lundoniam devehitur: quo cum venisset, in australi parte Tamensis magnam scrobem foderunt, et naves suas in occidentalem plagam pontis traxerunt; dein urbem alta lataque fossa et obsidione cingentes, ingressum et egressum

The bishops, abbots, and nobles choose Cnut for king, and proscribe the offspring of Æthelred.

The Londoners make Eadmund king.

Cnut besieges London.

---

[1] *Nequam.*] See Osberni Vita S. Dunstani.

cunctis intercluserunt, ac eam frequenter expugnare moliti sunt, sed a civibus, illis viriliter resistentibus, procul a mœnibus repelluntur. Quapropter, obsidione ad tempus dimissa, exercitusque parte ad naves custodiendas relicta, in West-Saxoniam abierunt propere, et regi Eadmundo Ferreo Lateri, spatium congregandi exercitum non dedere; quibus tamen ille cum exercitu, quem in tantillo spatio congregarat, Dei fretus auxilio, audacter in Dorsetania occurrit, et in loco qui Peonnum vocatur, juxta Gillingaham, cum eis congressus, vicit, et eos in fugam vertit. Post hæc, media æstate transacta, denuo majori quam prius exercitu congregato, fortiter confligere statuit cum Canuto, cui occurrit in Hwiccia, in loco qui Scearstan[1] nominatur. Ubi exercitum pro loco et copiis instruit, optimum quemque in primam aciem subducit, cæterum exercitum in subsidiis locat, unumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, ut meminerint se pro patria, pro liberis, pro conjugibus, atque suis domibus certare, et optimis sermonibus militum animos accendebat: deinde tubicines canere, et cohortes paulatim incedere jubet. Idem facit hostium exercitus. Ubi eo ventum est ubi ab illis prœlium committi posset, maximo clamore cum infestis signis occurrunt; lanceis et gladiis pugna geritur,

Battle of Pen.

Battle of Sceorstan.

---

[1] *Scearstan.*] Sherston in Wilts (the Sorstain or, Sorestone of Domesday), according to Camden; but this is not 'in Hwiccia:' according to others, a boundary-stone, separating the counties of Oxford, Gloucester, Worcester, and Warwick. May not Chimney be the spot, a hamlet in Oxfordshire, in the parish of Bampton-in-the-Bush, near the edge of Gloucestershire: the name of Chimney being merely a translation (introduced after the Norman Conquest) of Scearstan or Sceorstan (*Dan.* Skorsteen, *Ger.* Schornstein, *a chimney*); and may probably have owed its origin to a Saxon house or hall, conspicuous for having a chimney, at a time when that luxury was elsewhere unknown or of very rare occurrence.

maxima vi certatur. Interea rex Eadmundus Ferreum Latus in prima acie cominus acriter instabat, omnia providebat, multum ipse pugnabat, sæpe hostem feribat, strenui militis et boni imperatoris officia simul exequebatur: sed quia Edricus Streona, dux perfidissimus, et Ælmarus Dilectus, Algarusque filius Meawes, qui ei auxilio esse debuerant, cum Suthamtoniensibus et Wiltoniensibus provincialibus, innumeraque populi multitudine in parte Danorum fuerant, ejus exercitus nimis erat defatigatus. Attamen primo die belli, Lunæ scilicet die, tam durum tamque cruentum extitit prœlium, ut uterque exercitus præ lassitudine diutius non valens pugnare, sole jam occidente, ab invicem sit digressus spontanea voluntate. Sed postera die rex Danos protereret omnes, si perfidi ducis Edrici Streonæ non essent insidiæ. Siquidem cum pugna vehemens esset, et Anglos fortiores esse cerneret, cujusdam viri, regi Eadmundo facie capillisque simillimi, Osmeari nomine, capite amputato et in altum levato, exclamat Anglos frustra pugnare, dicens; 'Vos Dorsetenses, Domnani, Wiltonienses, amisso capite præcipites fugite, en domini vestri caput, Eadmundi basilei, hic teneo manibus: cedite quantocius.' Quod ubi Angli accepere, magis atrocitate rei quam fide nuncii terrentur: unde factum est, ut inconstantiores quique paulum a fuga abessent; sed illico quod rex viveret comperto, animos tollebant, et in Danos acrius incedebant, ex illisque multos prosternabant, summis certantes viribus usque ad crepusculum noctis; qua adveniente, ut pridie, digressi sunt spontanee.[1]

Base stratagem of Eadric Streona.

---

[1] *Spontanee.*] The account of the battle of Sceorstan in the Chronicle is very brief, omitting all mention of the base stratagem of Eadric. The Knytlinga Saga (p. 190) informs us, that 'king Eadmund rode forwards into the Danish host, and came so near to

Cnut again besieges London.

At ubi plerumque noctis processit, Canutus e castris suos abire silentio jussit, et versus Lundoniam iter arripiens, ad naves repedavit, ac non multo post Lundoniam reobsedit. Ubi autem dies advenit, et rex Eadmundus Ferreum Latus Danos fugisse comperit, majorem congregaturus exercitum, in West-Saxoniam revertitur: cujus strenuitatem videns sororius ejus perfidus dux Edricus, ut naturalem dominum requisivit illum, et pace cum eo redintegrata, se fidelem ei permansurum juravit. Itaque exercitu vice tertia congregato, Lundonienses cives ab obsidione rex liberavit, Danos ad suas naves fugavit. Post biduum Tamensim, in loco qui Brentford nominatur, transfretavit, cum Danis tertio prœlium commisit, et fugatis eis victor extitit. Ea vice multi Anglorum populi, dum incautius flumen transirent, demerguntur. Exinde rex, numerosiorem congregaturus exercitum, in West-Saxoniam properat. Dani vero Lundoniam repetunt, obsidione illam cingunt, et omni ex parte oppugnant, sed Deo juvante, nil omnino proficiunt. Ob quam rem cum sua classe recedentes inde, amnem qui Arewe dicitur intrant, et navibus exilientes, prædatum in Merciam pergunt, obvios quosque cædunt, more solito villas incendunt, prædam agunt, post ad naves redeunt; pedestres in flumen, quod Meodeweage nuncupatur, navibus devehuntur, equestres vero vivam prædam per terram minantur. Interea rex Eadmundus Ferreum Latus exercitum fortem de tota Anglia quarto congregavit, et in loco ubi prius Tamensi

Eadmund relieves London.

Battle of Brentford.

The Danes ravage Mercia.

Battle of Otford.

---

his step-father king Knud that he could strike at him with his sword. King Knud thrust his shield forwards over the neck of his horse, so that the blow fell on the shield a little below the hand-strap, and was so strong that it cut the shield asunder, and clove the fore-hand of the horse; but the Danes pressing on him,' etc.

fluvio transmeato, in Cantiam citus intravit, ac juxta Ottafordam cum Danis pugnam iniit: at illi non ferentes impetum ejus, terga verterunt, et cum suis equis in Sceapege fugerunt; ex quibus tamen omnes, quos comprehendere potuit, occidit, et nisi perfidus dux Edricus Streona suis insidiis et insiliis eum apud Eagelesford,[1] ne suos persequeretur hostes, retineret, eo die plena potiretur victoria. Quo in West-Saxoniam reverso, Canutus suas copias in East-Saxoniam trajecit, et iterum prædandi causa Merciam repetiit, et pejora prioribus exercitum facere jussit. Illi autem satis impigre jussa peragunt, et omnibus qui in manus venerant obtruncatis, villis quam plurimis incensis, agris depopulatis, prædæ ubertate ditati, ad naves repedant festini: quos rex Anglorum Eadmundus Ferreum Latus, cum exercitu, quem de tota Anglia contraxerat, insecutus, in monte qui Assandun,[2] id est, Mons Asini, nominatur, abeuntes est consecutus: ibi festine triplicibus subsidiis aciem instruit, dein singulas turmas circumiens, monet atque obtestatur uti, memores pristinæ virtutis atque victoriæ, sese regnumque suum a Danorum avaritia defendant: cum eis certamen fore quos antea vicerunt. Interea Canutus paulatim in æquum locum suos deducit; at contra, rex Eadmundus aciem, sicuti instruxerat, velociter movet, et repente signo dato Danos invadit. Summa vi utrinque dimicatur, ex his et illis multi cadunt; verum perfidus dux Edricus Streona, videns Danorum aciem inclinatam, et Anglos habituros victoriam, ut prius Canuto promiserat, cum Magesetensibus,[3] et exercitus parte cui præerat, fugam capessit, et domi-

Canute again ravages Mercia.

Battle of Assandun.

[1] *Eagelesford.*] Aylesford.

[2] *Assandun.*] Assington, according to Gibson.

[3] *Magesetensibus.*] The Magesætas, or people of the Hwiccas, the present diocese of Worcester.

num suum regem Eadmundum et Anglorum exercitum dolis circumvenit, et Danis victoriam suis insidiis dedit. Occisus est in ea pugna Ælfricus dux, Godwinus dux,[1] Ulfketelus East-Anglorum dux, Æthelwardus dux, filius ducis East-Anglorum Æthelwini Dei Amici, totusque fere globus nobilitatis Anglorum, qui nullo in bello majus unquam vulnus quam ibi acceperunt. Eadnothus quoque Lindicolinensis episcopus, Ramesigensis quondam præpositus, et Wulsius abbas,[2] qui ad exorandum Deum pro milite bellum agente convenerant, interfecti sunt. Interjectis post hæc paucis diebus, cum rex Eadmundus Ferreum Latus cum Canuto vellet adhuc congredi, perfidus dux Edricus et quidam alii id nullo modo sinebant fieri, sed illi consilium dabant, ut pace facta cum Canuto, regnum divideret: quorum suggestionibus, licet invitus, ad postremum cum consentiret, recurrentibus internuntiis, et obsidibus ad invicem datis, ambo reges, ad locum qui Deorhyrst nominatur, in unum convenerunt: Eadmundus cum suis in occidentali ripa Sabrinæ, Canutus vero in orientali cum suis consedit. Dein uterque rex in insulam quæ Olanege appellatur, et est in ipsius fluminis medio sita, trabariis advehitur; ubi pace, amicitia, fraternitate, et pacto et sacramentis confirmata, regnum dividitur. West-Saxoniam, East-Angliam, East-Saxoniam cum Lundonia [civitate, et totam terram ad australem plagam Tamesis fluminis obtinuit Eadmundus, Canuto aquilonares partes Angliæ obtinente; corona tamen][3] regni Eadmundo remansit. Dein armis

Names of the slain.

Conference between Eadmund and Cnut.

They divide the kingdom between them.

---

[1] *Godwinus dux.*] Ealdorman of Lindsey. Sax. Chron.

[2] *Wulsius abbas.*] Of Ramsey. Hist. Rames. c. LXXII.

[3] *Lundonia . . regni.*] Here in all the MSS. a space occurs of about a line in length. Immediately following the word 'Lundonia,'

et vestibus mutatis, tributoque quod classicæ manui penderetur statuto, ab invicem discesserunt. Dani tamen cum præda quam diripuerant suas ad naves redierunt; cum quibus pacem dato pretio cives Lundonienses fecerunt, et eos secum hiemare permiserunt. Post hæc, rex Eadmundus Ferreum Latus, circa festivitatem S. Andreæ Apostoli [30 Nov.], xv. indictione, decessit Lundoniæ, sed cum avo suo, rege pacifico Eadgaro, sepultus est Gleastoniæ :[1] cujus post mortem, rex Canutus omnes episcopos et duces, necnon et principes, cunctosque optimates gentis Angliæ, Lundoniæ congregari jussit. Qui, cum venissent ante eum, quasi nesciens, interrogavit eos sagacissime qui fuerunt testes inter eum et Eadmundum, quando conventionem amicitiæ et divisionem regni inter ipsos gesserunt, qualiter ipse et Eadmundus de fratribus et filiis ejusdem inter se locuti fuissent? Utrum fratribus et filiis ejus liceret in regno Occidentalium Saxonum post patrem eorum regnare, si Eadmundus moreretur vivente illo? At illi cœperunt dicere, se proculdubio scire quod rex Eadmundus fratribus suis nullam portionem regni sui, nec se spirante neque moriente, commendasset; dixeruntque hoc se nosse, Eadmundum regem velle Canutum adjutorem et protectorem esse filiorum ejus, donec regnandi ætatem habuissent. Verum illi, testante Deo, falsum perhibuerunt testimonium, et fraudulenter mentiti sunt, existimantes illum sibi et mitiorem esse propter mendacium eorum, et se ab eo pretium sumere magnum. Ex quibus falsis testibus quidam, non post multum tempus, ab eodem rege sunt interfecti. Tunc rex Canu-

Death of Eadmund.

Cnut assembles the bishops and nobles, who declare him king of all England.

'Canuto' is written in a later hand. The words within brackets are supplied from R. Wendover.

[1] Sax. Chron., though less circumstantially.

tus, post supradictam interrogationem, conatus est a præfatis optimatibus fidelia juramenta recipere. At ipsi juraverunt illi, quod eum regem sibi eligere vellent, eique humiliter obedire, et suo exercitui vectigalia dare; et, accepto pignore de manu sua nuda, cum juramentis a principibus Danorum, fratres et filios Eadmundi omnino despexerunt, eosque reges esse negaverunt. Unus autem ex ipsis præfatis clitonibus erat Eadwius, egregius ac reverendissimus regis Eadmundi germanus, quem ibidem cum consilio pessimo exulem esse debere constituerunt. Et cum audisset Canutus rex adulationem supradictorum, et despectionem quam fecerunt in Eadwium, gaudens introivit in cameram suam, vocansque ad se perfidum ducem Edricum, sciscitabatur ab eo quomodo decipere valuisset Eadwium, ut mortis subiret periculum. Qui respondens, dixit se scire quendam virum alium, Æthelwardum nomine, qui se facilius eum in mortem tradere quivisset, cum quo colloquium habere posset, illique nimiam mercedem promittere. Cognito autem viri nomine, vocavit eum rex ad se, astutissime dicens: 'Sic et sic allocutus est me dux Edricus, dicens te posse seducere Eadwium clitonem, ut occidatur. Modo acquiesce consiliis nostris, et potieris omni honore et dignitate patrum tuorum; et quære mihi caput ejus, et eris mihi carior fratre germano.' Ille vero dicebat se velle eum quærere ut interficeretur, si ullo modo valuisset. Veruntamen nondum illum necare volebat, sed propter excusationem hoc promittebat; erat enim ille ex nobilissimo genere Anglorum ortus.[1] Reverendus vir Leofsius Thornegiensis abbas suscepit episcopatum Wigorniensis ecclesiæ.

Cnut employs Eadric to destroy the ætheling Eadwig.

Leofsige made bishop of Worcester.

[1] *Ortus.*] Of the preceding particulars there are no traces in the existing MSS. of the Saxon Chronicle.

A. D. 1017.

Hoc anno rex Canutus totius Angliæ suscepit imperium, idque in quatuor partes divisit: West-Saxoniam sibi, East-Angliam Turkillo comiti, Merciam Edrico duci, Northhymbriam Yrco comiti.[1] Fœdus etiam cum principibus et omni populo ipse, et illi cum ipso percusserunt, et amicitiam firmam inter se juramentis stabilierunt, omnesque veteres inimicitias postponentes sedaverunt. Dein consilio perfidi ducis Edrici, rex Canutus clitonem Eadwium, regis Eadmundi germanum, et Eadwium, qui rex appellabatur rusticorum, exlegavit: verum sequenti tempore cum rege pacificatus est Eadwius; Eadwius vero clito, deceptus illorum insidiis quos eo tenus amicissimos habuit, jussu et petitione regis Canuti, eodem anno innocenter occiditur. Dedit etiam consilium Edricus, ut clitunculos, Eadwardum et Eadmundum, regis Eadmundi filios, necaret; sed quia magnum dedecus sibi videbatur ut in Anglia perimerentur, parvo elapso tempore, ad regem Suanorum occidendos misit; qui, licet fœdus esset inter eos, precibus illius nullatenus voluit acquiescere, sed illos ad regem Ungariorum, Salomonum[2] nomine, misit nutriendos, vitæque reservandos: quorum unus, scilicet Eadmundus, processu temporis ibidem vitam finivit; Eadwardus vero Agatham, filiam germani imperatoris Heinrici,[3] in matrimonium accepit, ex qua Margaretam Scottorum reginam, et Christinam sanctimonialem virginem, et clitonem Eadgarum suscepit. Mense Julio rex Canutus derelictam regis Ægelredi, reginam Ælfgivam, in conjugium accepit: ac in Nativitate Domini, cum

Cnut divides England into four governments.

He banishes Eadwig the ætheling and Eadwig 'king of the peasants.'

Eadwig the ætheling slain.

Eadmund's sons sent to Hungary.

Cnut marries Emma.

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Salomonum.*] From a. 997 to 1038 Stephen was king of Hungary.

[3] *Heinrici.*] The second of that name. Suhm (H. af Danm. Bd. III. p. 726) takes Agatha for a daughter of Bruno, a brother of Henry II., and afterwards bishop of Augsburg (ob. 1029).

Eadric Streona slain.

esset Lundoniæ, perfidum ducem Edricum in palatio jussit occidere, quia timebat insidiis ab eo aliquando circumveniri, sicut domini sui priores Ægelredus et Eadmundus frequenter sunt circumventi; et corpus illius super murum civitatis projici, ac insepultum præcepit dimitti: cum quo dux Nortmannus, filius Leofwini ducis, frater scilicet Leofrici comitis; et Æthelwardus, filius Agelmari ducis; et Brihtricus filius Alphegi Domnaniensis satrapæ, sine culpa interfecti sunt. Leofricum, pro Nortmanno suo germano, rex constituit ducem, et eum postmodum valde carum habuit.[1]

Northman, Æthelweard and others slain.

A. D. 1018. Payments to the Danish army.

Hoc anno de tota Anglia LXXII. millia, et de Lundonia X. millia D. libræ exercitui Danorum sunt persoluta; et cum rege Canuto XL. naves remansere, cæteræ vero Denemarciam sunt revectæ. Angli et Dani apud Oxenafordam de lege regis Eadgari tenenda concordes sunt effecti.[2]

The laws of Eadgar to be observed.

A. D. 1019. Cnut goes to Denmark. Ælmær bp. of Selsey ob.; Æthelric succeeds.

Hoc anno rex Anglorum et Danorum Canutus Denemarciam adiit, et ibi per totam hiemem mansit.[2] Defuncto Ælmaro Sælesiensi episcopo, successit Æthelricus.

A. D. 1020. Cnut returns

Canutus rex Angliam rediit, et in Paschali

---

[1] Sax. Chron., though less circumstantially. Pius pastor abbas Abbendoniæ Wulgarus obiit, anno XXVIII°. ex quo illum divina pietas eidem ecclesiæ præfecit. Cujus abbatis industria vigilante, necnon et Dei misericordia protegente, inter tam dissidentes in Anglia motus, cœnobium Abbendonense a Danorum devastatione permansit immune, cum dextra lævaque hostium incursio passim loca universa subrueret; aut si benevolentior fieret, maximo sese pretio habitatores eorum redimere sineret. Cui in pastoralitate domnus Adelwinus successit, quem rex Kanutus, pro laudabilis vitæ merito, secretorum suorum conscium efficiens, a noxiis sese retrahere ac recta appetere ejus suasionibus studebat. Hinc et cœnobium Abbendonense a rege diligitur, et muneribus ejus cumulatur; nam inter alia sua donaria, capsam de argento et auro parari fecit, in qua S. Vincentii levitæ et martyris reliquiæ collocarentur. *L. add.*

[2] Sax. Chron.

festivitate [17 Apr.], apud Cirenceastram magnum consilium habuit, et Æthelwardum ducem exlegavit. Livingus Doruberniæ archiepiscopus vita decessit, cui Æthelnothus, qui Bonus appellabatur, nobilis viri Ægelmari filius, successit. Eodem anno ecclesia, quam rex Canutus et comes Turkillus, in monte qui Assandun dicitur, construxerant, illis præsentibus, a Wlstano Eboracensi archiepiscopo, et multis aliis episcopis, cum magno honore et gloria dedicata est.[1] [Defuncto Aldhuno Lindisfarnensi episcopo, tribus pene annis ecclesia pastorali destituebatur solatio. Facto in unum conventu, cum de episcopi electione tractaretur, religiosus presbyter quidam, Eadmundus nomine, supervenit, et joco dixit: 'Cur me episcopum non eligitis?' Cujus jocum non jocose accepere qui aderant, sed elegerunt illum, et triduano indicto jejunio, S. Cuthberhti velle super hoc quærebant. Celebrante presbytero missam ad caput ipsius sancti, in medio canone, quasi de ejusdem patris sepulchro, vox audita est, quæ tribus vicibus Eadmundum episcopum nominavit.[2]]

to England. Æthelweard outlawed. Lyfing abp. of Cant. ob.; Æthelnoth succeeds. Cnut dedicates a church at Assandun. Aldhun bp. of Lindisfarne ob.; succeeded by Eadmund.

Canutus rex Anglorum et Danorum, ante festivitatem S. Martini [11 Nov.], Turkillum sæpe dictum comitem cum uxore sua Edgitha expulit Anglia. Algarus Orientalium Anglorum episcopus obiit,[1] cui Alwinus successit.

A. D. 1021. Earl Thorkell banished. Ælfgar bp. of Elmham ob.; Ælfwine succeeds.

Æthelnothus Doruberniæ archiepiscopus Romam ivit; quem Benedictus papa magno cum honore suscepit, et pallium illi dedit.[1]

A. D. 1022. Æthelnoth abp. of Cant. goes to Rome.

Corpus sancti Alphegi martyris de Lundonia Doruberniam est translatum.[1] Wlstanus, Eboracensium archiepiscopus, Eboraci, quinto kal.

A. D. 1023. Translation of S. Ælfeah. Wulfstan abp. of York ob.;

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Defuncto . . . . . . nominavit.*] From the margin of *C*.

Junii [28 Maii], feria tertia, defungitur, sed corpus ejus Heli defertur, et ibi sepelitur;[1] cui successit Ælfricus Puttuc[2] Wintoniensis præpositus.

succeeded by Ælfric.

A. D. 1025. Eadmund bp. of Lindisfarne.

Eadmundus vir religiosus Lindisfarnensem episcopatum suscepit.

A. D. 1026. Ælfric abp. Ebor. goes to Rome. Richard II. duke of Normandy ob.

Ælfricus Eboracensis archiepiscopus Romam adiit, et a Johanne papa pallium suscepit.[3] Obiit Ricardus Secundus dux Normannorum, cui successit Ricardus Tertius, qui eodem anno mortuus est; cui Rotbertus frater ejus successit.

A. D. 1027. Cnut bribes the Norwegians to desert their king St. Olaf.

Cum regi Anglorum et Danorum Canuto intimatum fuisset, quod Norregani regem suum Olavum, propter ejus simplicitatem et mansuetudinem, æquitatem et religiositatem, nimis vili penderent, multum auri et argenti quibusdam illorum misit, multis rogans petitionibus, ut illo spreto et objecto, deditionem illi facerent, ac illum super se regnare permitterent: qui, cum ea quæ miserat aviditate magna suscepissent, ei remandari jusserunt, ad illum suscipiendum se paratos fore quandocunque vellet venire.

A. D. 1028. Cnut expels St. Olaf. Marianus Scottus born.

Canutus rex Anglorum et Danorum L. navibus magnis Norregam devectus, Olavum regem de illa expulit, sibique eam subjugavit.[3] [Eodem anno natus est Marianus[4] Hibernensis probabilis Scottus, cujus studio et labore haec chronica præcellens est de diversis libris coadunata.]

A. D. 1029. Cnut returns; banishes Hakon jarl.

Canutus rex Anglorum, Danorum, et Norreganorum ad Angliam rediit, et post festivitatem S. Martini [11 Nov.] Danicum comitem Hacun, qui nobilem matronam Gunnildam, sororis suæ et Wyrtgeorni regis Winidorum filiam, in matrimonio habuit, quasi legationis causa, in exilium

---

[1] Sax. Chron. Hist. Eliens. c. XXIX.

[2] *Puttuc.*] *C. B. suprasc.*

[3] Sax. Chron.

[4] *Marianus.*] Add. from MS. Cott. Nero, C. v.

misit: timebat enim ab illo vel vita privari vel regno expelli.

Prædictus comes Hacun in mari periit:[1] quidam tamen dicunt eum fuisse occisum in Orcada insula. Sanctus Olavus, rex et martyr, Haroldi regis Norreganorum filius, in Norrega injuste perimitur a Norreganis.[2] A.D. 1030. Hakon perishes at sea. St. Olaf slain.

Canutus rex Anglorum, Danorum, et Norreganorum, de Denemarcia magno cum honore Romam ivit,[3] et S. Petro, Apostolorum principi, ingentia dona, in auro et argento, aliisque rebus pretiosis obtulit, et a Johanne papa, ut Scholam Anglorum ab omni tributo et thelone liberaret, impetravit; et in eundo et redeundo largas pauperibus eleemosynas erogavit, ac multas ~~per viam~~ prc clausuras, ubi thelon a peregrinis extorquebatur, ingenti pretio dato, dissipavit. Hic etiam ante sepulchrum Apostolorum suæ vitæ morumque emendationem Deo devovit; unde et epistolam memoria dignam, per virum prudentissimum Livingum, tunc Teavestokensis ecclesiæ abbatem, post vero mox eodem anno in Cridiatunensis ecclesiæ pontificatu Eadnothi successorem, qui sibi comes itineris extitit, aliosque suos legatos Angliam misit, dum ipse Roma rediens per viam quam ierat, Denemarciam priusquam Angliam peteret: cujus epistolæ textum hic subscribere dignum duximus. A.D. 1031. Cnut goes to Rome.

Canutus rex totius Angliæ, et Denemarciæ, His letter

[1] Sax. Chron.

[2] Venerabilis abbas Abbendoniæ Adelwinus obiit, cui ex hac vita decedenti Siwardus, ex Glestoniensi cœnobio monachus, successit, tam sæcularium quam ecclesiasticarum vigore admodum fultus. *L. add.*

[3] *Romam ivit.*] Great doubt prevails with respect to the date of Cnut's journey: it has with much probability been assigned to the latter half of the year 1026. The objection that he was not then in possession of Norway, of which he styles himself king, is of no great weight, being apparently an error of the later chroniclers. See Lappenberg's England, II. p. 211.

descriptive of his journey to, and sojourn at Rome.

et Norreganorum, et partis Suanorum, Æthelnotho metropolitano, et Alfrico Eboracensi archiepiscopo, omnibusque episcopis et primatibus, et toti genti Anglorum, tam nobilibus quam plebeis, salutem. Notifico vobis me noviter ivisse Romam, oratum pro redemptione peccaminum meorum, et pro salute regnorum, quique meo subjacent regimini populorum. Hanc quidem profectionem Deo jam olim devoveram, sed pro negotiis regni, et causis impedientibus, huc usque perficere non poteram: nunc autem ipsi Deo meo Omnipotenti valde humiliter gratias ago, qui mihi concessit in vita mea sanctos Apostolos suos, Petrum et Paulum, et omne sanctuarium, quod intra urbem Romam aut extra addiscere potui, expetere, et secundum desiderium meum præsentialiter venerari et adorare. Ob id ergo maxime hoc patravi, quia a sapientibus didici, Sanctum Petrum Apostolum magnam potestatem a Domino accepisse ligandi atque solvendi, clavigerumque esse cœlestis regni, et ideo specialius ejus patrocinium apud Dominum diligenter expetere valde utile duxi. Sit autem vobis notum, quia magna congregatio nobilium in ipsa Paschali solemnitate ibi cum domino papa Johanne et imperatore Cuonrado erat, scilicet omnes principes gentium a monte Gargano usque ad istud proximum mare, qui omnes me et honorifice suscepere, et donis pretiosis honoravere: maxime autem ab imperatore donis variis, et muneribus pretiosis honoratus sum, tam in vasis aureis et argenteis, quam in palliis et vestibus valde pretiosis. Locutus sum igitur cum ipso imperatore, et domino papa, et principibus qui ibi erant, de necessitatibus totius populi universi regni mei, tam Anglorum quam Danorum, ut eis concederetur lex æquior et pax securior in

via Romam adeundi, et ne tot clausuris per viam artentur, et propter thelon injustum fatigentur; annuitque postulatis imperator, et Rodulphus[1] rex, qui maxime ipsarum clausurarum dominatur; cunctique principes edictis firmaverunt, ut homines mei, tam mercatores quam alii orandi causa viatores, absque omni angaria clausurarum et thelonealiorum, firma pace et justa lege securi, Romam eant et redeant. Conquestus sum iterum coram domino papa, et mihi valde displicere causabar, quod mei archiepiscopi in tantum angariabantur immensitate pecuniarum, quæ ab eis expetebatur, dum pro pallio accipiendo, secundum morem, apostolicam sedem expeterent; decretumque est ne id deinceps fiat. Cuncta enim quæ a domino papa, et ab ipso imperatore, et a rege Rodulpho, cæterisque principibus, per quorum terras nobis transitus est ad Romam, pro meæ gentis utilitate postulabam, libentissime annuerunt, et concessa sacramento etiam firmaverunt, sub testimonio IV. archiepiscoporum, et XX. episcoporum, et innumeræ multitudinis ducum et nobilium, qui ibi aderant. Quapropter Deo Omnipotenti gratias magnificas reddo, quia omnia quæ desideraveram, prout mente decreveram, prospere perfeci, votisque meis ad velle satisfeci. Nunc itaque notum sit omnibus vobis, quia ipsi Deo Omnipotenti supplex devovi vitam meam amodo in omnibus justificare, et regna mihi subdita populosque juste et pie regere,

[1] *Rodulphus.*] The MSS. vary as to the prince here spoken of by Cnut. *C.* and *B.* read 'Rodbertus' and 'Rodberto;' while *L.* and the editions have 'Rudolphus' and 'Rudolpho.' He was Rudolf II. king of Burgundy. But from a letter of pope Benedict VIII. it appears that Robert, son of Hugh Capet, was at Rome during the reign of that pontiff, who died in the year 1024, while Cnut's visit did not take place till 1026, or, perhaps, even later. See Recueil des Histoires, tom. x. p. 434. Will. Godell, and Chron. Turonense.

æquumque judicium per omnia observare: et si quid per meæ juventutis intemperantiam aut negligentiam hactenus præter id quod justum erat actum est, totum, Deo auxiliante, deinceps dispono emendare. Idcirco obtestor, et præcipio meis consiliariis, quibus regni consilia credidi, ne ullo modo, aut propter timorem mei, aut alicujus potentis personæ favorem, aliquam injustitiam amodo consentiant, vel patiantur pullulare in omni regno meo. Præcipio etiam omnibus vicecomitibus et præpositis universi regni mei, sicut meam amicitiam aut suam salutem habere volunt, ut nulli homini, nec diviti nec pauperi, vim injustam inferant; sed omnibus, tam nobilibus quam ignobilibus, et divitibus et pauperibus, sit fas justa lege potiundi, a qua nec propter favorem regium, aut alicujus potentis personam, nec propter mihi congregandam pecuniam, ullo modo devietur; quia nulla mihi necessitas est, ut iniqua exactione mihi pecunia congregetur. Ego itaque, quod vobis notum fieri volo, eadem via qua exivi regrediens, Denemarciam eo, pacem et firmum pactum, omnium Danorum consilio, cum eis gentibus et populis compositurus, qui nos et regno et vita privare, si eis possibile esset, volebant, sed non poterant; Deo scilicet virtutem eorum destruente, qui nos sua benigna pietate in regno et honore conservet, omniumque inimicorum nostrorum potentiam et fortitudinem deinceps dissipet et annihilet. Composita denique pace cum gentibus quæ in circuitu nostro sunt, dispositoque et pacato omni regno nostro hic in Oriente, ita ut a nulla parte bellum aut inimicitias aliquorum timere habeamus, quam citius hac æstate apparatum navigii procurare potero, Angliam venire dispono. Hanc autem epistolam idcirco præmisi, ut de mea prosperitate omnis

populus regni mei lætificetur; quia, ut vos ipsi scitis, nunquam memetipsum nec meum laborem abstinui, nec adhuc abstinebo, impendere pro omnis populi mei necessaria utilitate. Nunc igitur præcipio, et obtestor omnes meos episcopos et regni præpositos, per fidem quam Deo et mihi debetis, quatenus faciatis, ut antequam ego Angliam veniam, omnia debita quæ Deo, secundum legem antiquam, debemus, sint persoluta, scilicet eleemosynæ pro aratris, et decimæ animalium ipsius anni procreatorum, et denarii quos Romæ ad Sanctum Petrum debemus, sive ex urbibus, sive ex villis; et mediante Augusto decimæ frugum, et in festivitate S. Martini [11 Nov.] primitiæ seminum ad ecclesiam sub cujus parochia quisque deget, quæ Anglice ciric-sceat[1] nominantur. Hæc et his similia, si, dum venero, non erunt persoluta, regia exactio secundum leges, in quem culpa cadit, districte absque venia comparabit. Valete.

A. D. 1032. Dedication of the church of S. Eadmund K. and M.

Ecclesia S. Eadmundi regis et martyris hoc anno dedicata est.

A. D. 1033. Leofsige bp. of the Hwiccas ob.; succeeded by Brihteah.

Magnæ religionis et modestiæ vir, Leofsius Wicciorum episcopus, in episcopali villa Kemesegia XIV. kalend. Septembris [19 Aug.], feria tertia, obiit, et, ut credi fas est, ad cœlica regna migravit; cujus corpus in ecclesia S. Mariæ Wigorniæ tumulatur honorifice:[2] in cujus sedem Persorensis abbas Brihteagus, filius videlicet sororis Wlstani Eboracensis archiepiscopi, levatus est.

A. D. 1034. Eatheric bp. of Dorchester ob.; succeeded by Eadnoth. Malcolm k. of Scotland ob.

Eathericus Lindicolinensis[3] episcopus defungitur, et in monasterio Ramesige sepelitur; cui successit Eadnothus. Malcolm rex Scottorum obiit.[2]

---

[1] *Eleemosynæ .... ciric-sceat.*] See Anc. LL. and Instt. of England.

[2] Sax. Chron.

[3] *Lindicolinensis.*] The see was not transferred to Lincoln until about a. 1035.

A. D. 1035. Cnut gives Norway to Svein; Canutus rex Anglorum, ante suum obitum, super Norreganos regem constituit Suanum, qui suus et Northamtunensis Alfgivæ, filiæ videlicet Alfhelmi ducis et nobilis matronæ Wlfrunæ, dicebatur filius, quem tamen nonnulli asserebant non regis et ejusdem Alfgivæ filium extitisse; sed eandem Alfgivam ex rege filium habere voluisse sed nequivisse, et idcirco recenter natum infantem cujusdam presbyteri sibi afferri jussisse, regemque omnino credulum fecisse, se filium illi Denmark to Harthacnut. jam peperisse. Super Danos etiam suum et Alfgivæ reginæ filium Heardecanutum regem Death of Cnut. constituit.[1] Et postea, hoc anno, secundo idus Novembris [12 Nov.], feria quarta, apud Sceaftesbyriam vita decessit, sed Wintoniæ in Veteri Monasterio satis honorifice sepelitur. Quo tu-Is succeeded in England by Harald. mulato regina Alfgiva ibidem resedit. Haroldus vero dixit se filium esse Canuti regis et Northamtunensis Alfgivæ, licet id verum esset minime; dicunt enim nonnulli filium cujusdam sutoris illum fuisse, sed Alfgivam eodem modo de illo fecisse, quo de Suano fertur egisse: nos vero, quia res in dubio agitur, de neutrorum genitura Harald despoils queen Emma of her treasures. quid certi scivimus definire. Is tamen, adepta regia dignitate, misit Wintoniam suos constipatores celerrime, et gazarum opumque, quas rex Canutus Alfgivæ reliquerat reginæ, majorem melioremque partem ademit illi tyrannice, spoliatamque dimisit ibidem, ut cœperat, residere;[2] atque consentientibus quam plurimis majoribus natu Angliæ, quasi justus hæres cœpit regnare; nec tamen ita potenter ut Canutus, quia justior hæres expectabatur Heardecanutus. Unde brevi post tempore regnum sorte dividitur An-

[1] *Regem constituit.*] The foregoing particulars are not from the Saxon Chronicle.

[2] Sax. Chron., though with some variations.

gliæ, et Haroldo pars septentrionalis, Heardecanuto provenit australis. Obiit Rotbertus dux Normannorum, cui successit Willelmus Bastardus, filius ejus, in puerili ætate.

Robert duke of Normandy ob.; succeeded by William.

[Piligrinus archiepiscopus Coloniensis, instigatus quorundam invidorum monachorum, de monasterio S. Pantaleonis, verbis, qui Heliam abbatem Scottorum, qui illis quoque præfuit, propter districtionem suam, et alios Scottos quos secum habuit, odio habebant; præfatus archiepiscopus minatus est eidem Heliæ, quod postquam de curte regia venisset, nullum Scottum neque ipsum ibi dimisisset. Tunc Helias et alii Scotti responderunt: 'Si Christus in nobis vere est peregrinus, non revertetur vivus ad Coloniam archiepiscopus Piligrinus.' Ita quoque Dominus effecit, et Helias duo monasteria rexit.]

A.D. 1036. Piligrinus abp. of Cologne oppresses the Scottish monks.

Innocentes clitones Ælfredus et Eadwardus, Ægelredi quondam regis Anglorum filii, de Normannia, ubi cum Ricardo avunculo suo manserant tempore longo, multis Normannicis militibus secum assumptis, in Angliam paucis transvecti navibus, ad suæ matris colloquium, quæ morabatur Wintoniæ, venere: quod indigne graviterque ferebant potentes nonnulli, quia, licet injustum esset, Haroldo multo devotiores extitere quam illis, maxime, ut fertur, comes Godwinus. Hic quidem Ælfredum, cum versus Lundoniam, ad regis Haroldi colloquium, ut mandarat, properaret, retinuit, et arcta in custodia posuit: sociorum vero illius quosdam disturbavit, quosdam catenavit, et postea cœcavit; nonnullos cute capitis abstracta cruciavit, et manibus ac pedibus amputatis multavit, multos etiam vendi jussit, et mortibus variis ac miserabilibus apud Gyldefordam sexcentos viros occidit. Sed illorum nunc animas in paradiso creditur

The æthelings Ælfred and Eadward arrive in England.

Ælfred's followers cruelly murdered.

gaudere cum sanctis, quorum corpora tam crudeliter sine culpa perempta sunt in arvis. Quo audito, regina Alfgiva filium suum Eadwardum, qui secum remansit, maxima cum festinatione Nortmanniam remisit. Deinde Godwini et quorundam aliorum jussione, ad insulam Elig clito Ælfredus strictissime vinctus ducitur; sed ut ad terram navis applicuit, in ipsa mox eruti sunt oculi ejus cruentissime, et sic ad monasterium ductus, monachis traditur custodiendus; ubi brevi post tempore de hac migravit luce, et in australi porticu, in occidentali parte ecclesiæ, corpus ejus sepelitur debito cum honore; anima vero paradisiaca fruitur amœnitate.[1]

Barbarous treatment and death of Ælfred at Ely.

A. D. 1037.

Harald elected king of all England.

Haroldus rex Merciorum et Northhymbrorum, ut per totam regnaret Angliam, a principibus et omni populo, rex eligitur. Heardecanutus vero, quia in Denemarcia moras innexuit, et ad Angliam, ut rogabatur, venire distulit, penitus abjicitur: cujus mater Alfgiva, Anglorum quondam regina, hiemis initio, sine misericordia expellitur Anglia; quæ, rate mox parata, in Flandriam transvehitur, et a nobili comite Baldwino cum honore suscipitur: is, ut talem virum decuit, quamdiu necessitas poposcerat, ei necessaria gratanter ministrare curavit. Eodem anno, paulo ante, magnæ vir religionis Avicus Eoveshamnensis decanus obiit.[2]

Emma expelled, goes to Flanders.

Æfic dean of Evesham ob.

A. D. 1038.

Æthelnoth abp. of Cant. and Æthelric bp. of Selsey ob.;

Æthelnothus Dorubernensis archiepiscopus, quarto kal. Novembris [29 Oct.], vita decessit; cujus obitus die septimo Æthelricus Suth-Saxoniæ præsul obiit: petierat enim a Deo, ne post mortem dilectissimi sui patris Æthelnothi in hac luce diu viveret; cui Grymkytel in episcopatum;

---

[1] Sax. Chron. Encomium Emmæ, p. 29, edit. Maseres.

[2] Sax. Chron.

Æthelnotho vero regis capellanus Eadsius in archiepiscopatum successit. Decessit etiam eodem anno Ælfricus East-Anglorum episcopus; et Hwicciorum episcopus Brihteagus decimo tertio kal. Januarii [20 Dec.], feria quarta, vitam finivit; cujus episcopatum Livingo Cridiatunensi antistiti rex dedit Haroldus.[1] Pro Ælfrico vero Stigandus, regis capellanus, est constitutus, sed postmodum ejectus, et Grymkytel pro auro[2] est electus, habuitque duas parochias tunc, Australium Saxonum et Orientalium Anglorum. Sed iterum Stigandus receptus, et Grymkytel est ejectus, et Stigandus quidem Australium Saxonum episcopatum tenuit, et fratri suo Ægelmaro Orientalium Anglorum præsulatum acquisivit: minimumque id animositati suæ ratus, Wintoniensem et Cantuariensem thronos ascendit, vixque ægreque exoratus, ut Australibus Saxonibus proprius ordinaretur episcopus. Post Ægelmarum fuit Helmhamnensis episcopus Arfastus, qui ne nihil fecisse videretur, ut sunt Normanni famæ in futurum studiosissimi, episcopatum de Helmham transtulit ad Theodfordum.

succeeded by Eadsige and Grimkytel. Ælfric bp. of Elmham, and Brihteah bp. of the Hwiccas ob.; succeeded by Stigand and Lyfing. Stigand ejected; Grimkytel chosen. Stigand re-elected. Ægelmær bp. of Elmham. Stigand abp. of Cant. and bp. of Winton. Arfast bp. of Elmham transfers the see to Thetford.

A. D. 1039.

Brihtmarus Licetfeldensis episcopus obiit, cui Wlsius successit. Eadwinum Leofrici comitis germanum, et nobiles regis ministros, Turkillum et Alfgeatum, filium Eatsii, multosque cum eis viros occiderunt Walenses. Heardecanutus rex Danorum, Flandriam devectus, ad matrem suam Alfgivam venit.[1]

Brihtmær bp. of Lichfield ob.; Wulfsige succeeds. Eadwine, Thurkell, and others slain by the Welsh. Harthacnut arrives in Flanders.

A. D. 1040.

Haroldus rex Anglorum, obiit Lundoniæ, et in Westmonasterio sepelitur. Quo sepulto, proceres ferme totius Angliæ legatos ad Heardecanutum Brycgæ, ubi cum matre sua morabatur,

King Harold dies; Harthacnut succeeds.

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Pro auro.*] So *C.* for the common reading 'pro eo,' Malm. de Pont. has 'pro auro Grimketel electus'; and R. Wendover, 'ære dato.'

mittentes, et se bene facere putantes, rogaverunt illum ut Angliam veniret, et sceptra regni susciperet: qui navibus LX. paratis, et Danicis militibus instructis, ante mediam æstatem Angliam advehitur, et gaudenter ab omnibus suscipitur, regnique solio mox sublimatur; sed sui imperii tempore nil egit dignum potestate regia.[1] Nam mox ut regnare cœpit, injuriarum, quas vel sibi vel suæ genitrici suus antecessor fecerat rex Haroldus, qui frater suus putabatur, non immemor, Ælfricum Eboracensem archiepiscopum, Godwinum comitem, Stir majorem domus, Edricum dispensatorem, Thrond suum carnificem, et alios magnæ dignitatis viros, Lundoniam misit, et ipsius Haroldi corpus effodere, et in gronnam projicere jussit: quod cum projectum fuisset, id extrahere, et in flumen Thamense mandavit projicere. Brevi autem post tempore a quodam piscatore captum est, et ad Danos allatum sub festinatione, in cœmeterio quod habuerunt Lundoniæ sepultum est ab ipsis cum honore.[2] Quibus actis, octo marcas unicuique suæ classis remigi, et XII. unicuique gubernatori de tota Anglia præcepit dependi, tributum videlicet tam grave, ut vix aliquis id posset persolvere; quapropter omnibus qui prius adventum ejus desiderabant magnopere, factus est exosus summopere.[1] Ad hæc etiam, pro nece sui fratris Ælfredi, adversus Godwinum comitem et Wigornensem episcopum Livingum, accusantibus illos Ælfrico Eboracensi archiepiscopo et quibusdam aliis, exarsit ira magna. Idcirco episcopatum Wigornensem Livingo abstulit, et Ælfrico dedit; sed

Disinterment of Harold.

A heavy contribution for the fleet.

Proceedings on account of Ælfred's murder.

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Cum honore.*] In the Saxon Chronicle it is merely said that Harthacnut caused the dead Harald to be taken up and cast into a fen. The cemetery spoken of was that of St. Clement Danes.

sequenti anno ablatum Ælfrico, Livingo secum pacificato benigne reddidit. Godwinus autem regi pro sua amicitia dedit trierem fabrefactam, caput deauratum habentem, armamentis optimis instructam, decoris armis electisque LXXX. militibus decoratam, quorum unusquisque habebat duas in suis brachiis aureas armillas, sedecim uncias pendentes, loricam trilicem indutam, in capite cassidem ex parte deauratam, gladium deauratis capulis renibus accinctum, Danicam securim auro argentoque redimitam in sinistro humero pendentem, in manu sinistra clypeum, cujus umbo clavique erant deaurati, in dextra lanceam, quæ lingua Anglorum ategar appellatur.[1] Insuper etiam, non sui consilii nec suæ voluntatis fuisse, quod frater ejus cœcatus fuisset, sed dominum suum regem Haroldum illum facere quod fecit jussisse, cum totius fere Angliæ principibus et ministris dignioribus regi juravit.

Godwine presents a splendid ship to Harthacnut.

Hoc anno rex Anglorum Heardecanutus suos huscarlas[2] misit per omnes regni sui provincias ad exigendum quod indixerat tributum; ex quibus duos, Feader scilicet et Thurstan, Wigornenses provinciales cum civibus, seditione exorta, in cujusdam turris Wigornensis monasterii solario, quo celandi causa confugerant, quarto nonas Maii [4 Maii], feria secunda, peremerunt. Unde rex, ira commotus, ob ultionem necis illorum, Thuri Mediterraneorum, Leofricum Merciorum, Godwinum West-Saxonum, Siwardum Northhymbrorum, Roni Magesetensium, et cæteros totius Angliæ comites, omnesque ferme suos huscarlas,

A.D. 1041.

Feader and Thurstan slain at Worcester.

Harthacnut orders Worcester to be burnt and the country about ravaged.

---

[1] *Ategar appellatur.*] A. S. ætgâr, O. Nor. atgeirr, O. H. Ger. azkêr. For a description of the splendour of the Danish vessels at this period, see Encom. Emmæ, p. 8, edit. Maseres. For an account of the Mora, the Conqueror's ship, see Roman de Rou, II. pp. 146, 532.

[2] *Huscarlas.*] Danish body guards.

cum magno exercitu, Ælfrico adhuc Wigornensem pontificatum tenente, illo misit, mandans ut omnes viros, si possent, occiderent, civitatem deprædatam incenderent, totamque provinciam devastarent. Qui die veniente secundo iduum Novembrium [12 Nov.], et civitatem et provinciam devastare cœperunt, idque per IV. dies agere non cessaverunt; sed paucos vel e civibus vel provincialibus cœperunt aut occiderunt, quia præcognito adventu eorum, provinciales quoque locorum fugerant. Civium vero multitudo in quandam modicam insulam, in medio Sabrinæ fluminis sitam, quæ Beverege nuncupatur, confugerant, et, munitione facta, tamdiu se viriliter adversus suos inimicos defenderant, quoad pace recuperata, libere domum licuerit eis redire. Quinta igitur die civitate cremata, unusquisque magna cum præda rediit in sua, et regis statim quievit ira. Non multo post Eadwardus, Ægelredi quondam regis Anglorum natus, de Normannia, ubi multis exulabat annis, venit Angliam, et a fratre suo Heardecanuto rege susceptus honorifice, in curia sua mansit.[1]

Arrival of the ætheling Eadweard.

A.D. 1042. Death of Harthacnut.

Rex Anglorum Heardecanutus, dum in convivio, in quo Osgodus Clapa, magnæ vir potentiæ, filiam suam Gytham Danico et præpotenti viro Tovio, Prudan cognomento, in loco qui dicitur Lamhythe, magna cum lætitia tradebat nuptui, lætus, sospes et hilaris, cum sponsa prædicta et quibusdam viris, bibens staret, repente inter bibendum miserabili casu ad terram corruit, et sic mutus permanens, sexto idus Junii [8 Jun.], feria tertia, expiravit, et Wintoniam delatus, juxta patrem suum regem Canutum est tumulatus; cujus frater Eadwardus, annitentibus maxime comite Godwino et Wigornensi præsule

Succession of Eadweard.

[1] *Non multo post ..... mansit.*] Sax. Chron.

Livingo, Lundoniæ levatur in regem; cujus pater Ægelredus, cujus pater Eadgarus, cujus pater Eadmundus, cujus pater Eadwardus Senior, cujus pater Ælfredus. [Helias Scottus abbas obiit secundo idus Aprilis, vir prudens et religiosus, et ideo monasterium S. Pantaleonis cum suo, id est, S. Martini, sibi commissum est regendum. Ipse optimum missalem librum monachi Franci, sine licentia in commune scriptum, in monasterio S. Pantaleonis igne consumpsit, ne alius quidquam sine licentia facere auderet; cui successit Maiolus Scottus, vir sanctus.]

Abbot Helias dies at Cologne; succeeded by Maiolus.

A.D. 1043. Eadweard anointed king; despoils his mother of her treasures.

Eadwardus ab archipræsulibus Edsio Dorubernensi, et Ælfrico Eboracensi, aliisque ferme totius Angliæ præsulibus, prima die Paschæ, III. nonas Aprilis [3 Apr.], ungitur in regem Wintoniæ. Eodem anno, XIV. diebus ante festivitatem S. Andreæ Apostoli [16 Nov.], festinato rex cum comitibus Leofrico, Godwino, et Siwardo, de civitate Glaworna Wintoniam venit improvise, et, ut illi consilium ei dederant, suæ genitrici, quicquid in auro, argento, gemmis, lapidibus, aliisve rebus pretiosum habuerat, abstulit; vel quia priusquam rex esset effectus, vel post, minus quam volebat illi dederat, et ei valde dura extiterat: veruntamen sufficienter ei ministrari necessaria præcepit, et illam ibidem quietam manere jussit.[1]

Animchadus a monk of Fulda ob. Account of him by Marianus Scottus.

[Animchadus Scottus monachus et inclusus in Fulda obiit III. kal. Februarii,[2] super cujus sepulchrum visa sunt lumina, et psalmodia audita est. Super cujus sepulchrum Marianus, hujus chronicæ auctor, decem annis ad pedes ejus stans inclusus, missas cantavit, qui hæc etiam de supradicto Animchado retulit: Ipse, inquit, cum in Hibernia esset, in insula quæ Keltra dicitur, quadam die, fratri-

[1] Sax. Chron. [2] III. *kal. Feb.*] Add. MS. Cott. Nero C. v.

bus quibusdam advenientibus, cum licentia senioris sui, nomine Cortram, caritatem eis fecit. Cumque quidam post cibum essent egressi, illi qui remanserant, ad ignem se calefacientes, consederunt, atque bibere ab eo petierunt; quo nolente sine licentia, coegerunt illum. Tandem consensit, prius tamen ex eo potu seniori suo quasi benedictionem misit. Crastino autem ab eo interrogatus, unde sibi illum potum misisset, omnia quæ gesta erant retulit; moxque propter hanc tantum culpam, eum senior de Hibernia exire jussit, quod ille humiliter adimplevit; sicque Fuldam veniens, sancte vivendo inclusus, ut prædixi, obiit. Hoc autem mihi retulit Tigernah senior meus, cum quandam culpam parvam coram eo fecissem. Me quoque audiente in Fuldam incluso, quidam religiosissimus ejusdem cœnobii monachus, nomine Willelmus, supradictum Animchadum, jam sepultum, rogavit, ut se benediceret; atque sicut postea mihi confirmavit, eadem nocte per visum vidit Animchadum, in sepulchro suo stantem, nimio fulgore nitentem, et extensa manu se benedicentem: totamque ipsam noctem etiam ego mellifluo plenam odore duxi.] Hæc ait Marianus.

A. D. 1044. Ælfweard bishop of London ob.

Ælfwardus Lundoniensis præsul, qui et ante episcopatum et in episcopatu, abbatis jure, Eoveshamnensi cœnobio præfuit, cum pontificatum administrare pro sua infirmitate minus sufficeret, Eoveshammi residere voluit, sed fratres loci illius id omnino consentire noluerunt.[1] Quapropter, ablatis ex maxima parte libris et ornamentis, quæ ipse eidem contulerat loco, et quædam, ut fertur, quæ alii contulerant, ad monasterium Ramesege secessit, et omnia quæ attulit

[1] *Noluerunt.*] Because he was afflicted with leprosy. See Hist. Rames. c. civ.

sancto contulit Benedicto, ibique resedit,[1] et hoc anno, octavo kal. Augusti [25 Jul.], feria quarta, defungitur, ibidemque sepelitur. In generali concilio, quod eodem tempore celebratum est Lundoniæ, religiosus Eoveshamnensis monachus Wlmarus, qui et Manni, ut abbatis jure suo monasterio præesset, eligitur, et quarto idus Augusti [10 Aug.], feria sexta, ordinatur. Eodem anno nobilis matrona Gunnilda, regis Wyrtgeorni et sororis Canuti regis filia,[2] et comitum Hacuni et post Haroldi morte viduata, cum duobus filiis Hemmingo et Turkillo expellitur de Anglia; quæ Flandriam devecta, in loco qui Brycge dicitur aliquandiu resedit, et sic Danemarciam adiit.[1] Capellanus regis Stigandus præsulatum East-Angliæ suscepit.[3]

Wulfmær ordained abbot of Evesham.

Gunhild and her sons banished from England.

Stigand bp. of E. Anglia.

A. D. 1045.

Brihtwoldus Wiltoniensis episcopus obiit, cui regis capellanus Herimannus, de Lotharingia oriundus, successit. Quo anno rex Anglorum Eadwardus ad Sandicum portum congregavit classem prævalidam contra Magnum, Norreganorum regem, Angliam adire disponentem: sed bellum a Suano rege Danorum illi illatum iter impedivit.[4]

Brihtwold bp. of Wilton ob.; Heriman succeeds.

Eadweard collects a fleet against Magnus of Norway.

A. D. 1046.

Livingus Hwicciorum, Domnaniæ, et Cornubiæ præsul, x. kal. Aprilis [25 Mar.], die Dominica obiit; cujus post decessum, regis cancellario Leofrico Brytonico mox Cridiatunensis et Cornubiensis datus est præsulatus: et Aldredus, qui primo monachus Wintoniensis, post abbas Teavistokensis extitit, Hwicciorum pontificatum sus-

Lyfing bp. of the Hwiccas, etc. ob.; succeeded by Leofric and Ealdred.

---

[1] Sax. Chron. a. 1046.

[2] See p. 184.

[3] Hoc anno Cantuarensis metropoleos Edsius accitum Siwardum abbatem Abbendoniæ, quem prudentia plurimum vigere noverat, regis consensu et regni primorum pontificatus decoravit apice, ac patriarchatus sui vice ipsum fungi instituit; nam ipse privatis uti volebat, quia ægritudine laborabat. Abbendoniensi autem ecclesiæ Æthelstanus, ejusdem loci sacrista, abbas constitutus est. *L. add.*

[4] Sax. Chron.

Osgod Clapa banished. Magnus subjugates Denmark.

cepit.[1] Osgodus Clapa expellitur Anglia.[1] Magnus Norreganorum rex, sancti Olavi regis filius, fugato rege Danorum Suano, sibi Danemarciam subjugat.[2]

A. D. 1047. Grimkytel bp. of the S. Saxons ob.; succeeded by Heca. Ælfwine bp. of Winton ob.; succeeded by Stigand. Svein seeks aid against Magnus, who drives him from Denmark.

Nix in Occidente tanta cecidit ut silvas quoque frangeret; quo etiam anno hiems extitit durissima. Grymkytelus Suth-Saxoniæ præsul obiit, cui regis capellanus Heca successit.[2] Decessit quoque Ælfwinus Wintoniensis episcopus; in cujus sedem præsul East-Angliæ sublimatur Stigandus.[3] Suanus rex Danorum suos legatos misit ad Eadwardum regem Anglorum, et rogavit ut sibi classem mitteret contra Magnum regem Norreganorum.[3] Tunc comes Godwinus consilium regi dedit, ut saltem L. naves militibus instructas ei mitteret; sed quia Leofrico comiti et omni populo id non videbatur consilium, nullam ei mittere voluit. Post hæc Magnus rex Norreganorum, classe multa et valida constipatus, cum Suano prœlium commisit, et multis militibus utrinque occisis, illum de Danemarcia expulit, et post in illa etiam regnavit, atque tributum sibi non modicum pendere Danos coegit; ac non multo post obiit.[3]

A. D. 1048. Peace with Harald of Norway. Svein applies for aid.

Suanus Danemarciam recepit, et Haroldus Harvager,[4] Siwardi regis Norreganorum filius, et ex parte matris frater sancti Olavi, patruus scilicet Magni regis, Norregam repetiit, brevique post tempore suos nuntios ad regem Eadwardum misit, et pacem amicitiamque illi obtulit, et recepit: ad quem etiam rex Danorum Suanus legatos mittens, rogavit ut ei navale mitteret

---

[1] Sax. Chron., under three dates, viz. 1044, 1046, 1047.

[2] Sax. Chron. aa. 1047, 1048.

[3] Sax. Chron. a. 1048.

[4] *Harvager.*] The usual blunder of the English chroniclers for 'Hárdráda.' King Harald Harfagr died in 936. Ordericus Vitalis and Geffrey Gaimar commit the same error.

adjutorium;[1] sed licet comes Godwinus voluisset ut saltem L. naves illi mitterentur, Leofricus comes omnisque populus uno ore contradixerunt.[2] Terræ motus kal. Maii (1 Maii], die Dominica, extitit magnus Wigorniæ, Wic, Deorbeiæ, et multis aliis locis.[1] Mortalitas hominum et animalium multas occupavit Angliæ provincias, et ignis aërius, vulgo dictus silvaticus, in Deorbegensi provincia, et quibusdam aliis provinciis, villas et segetes multas ustulavit.[1] Eadmundus Lindisfarnensis episcopus Glawornæ obiit, sed a suis deportatus, Dunholmi sepelitur; cui successit Edredus, sed illo divina ultione percusso, in ejus locum Ægelricus Burgensis monachus substituitur.[3]

An earthquake.

A great mortality, and spontaneous combustion.

Eadmund bp. of Lindisfarne ob.; succeeded by Eadred and Æthelric.

A. D. 1049.

Henricus imperator innumerabilem congregavit exercitum contra Flandrensium comitem Baldwinum, maxime eo quod apud Neomagum[4] suum palatium combussisset atque fregisset pulcherrimum. In qua expeditione fuit Leo papa, et de multis terris nobiles et magnifici viri quamplurimi. Suanus etiam rex Danorum, ut imperator illi mandarat, cum sua classe, ibi affuit, et ea vice fidelitatem imperatori juravit. Misit quoque ad regem Anglorum Eadwardum, et rogavit illum ne Baldwinum permitteret effugere, si vellet ad mare fugere. Idcirco cum magna classe rex ad Sandicum portum adiit, et ibi tamdiu mansit, quoad imperator de Baldwino omnia quæ voluit habuisset.[5] Interea Suanus comes, Godwini comitis et Gythæ filius, qui relicta prius Anglia, eo quod Edgivam Leonensis monasterii

The emperor Henry makes war on Baldwin of Flanders.

Swegen son of Godwine returns to England.

---

[1] Sax. Chron. a. 1049.

[2] *Contradixerunt.*] Apparently a repetition; see a. 1047.

[3] Vir Domini Æthelstanus abbas Abbendoniæ obiit, cui successit quidam de monasterio S. Eadmundi monachus, in auri argentique fabricio operator mirificus, nomine Sperafoc. *L. add.*

[4] *Neomagum.*] Nymwegen.

[5] Sax. Chron.

abbatissam,[1] quam corruperat, in matrimonium habere non licuerit, Danemarciam adierat, navibus VIII. rediit, dicens cum simulatione, se cum rege fideliter amodo remansurum; cui Beorn comes, filius avunculi sui Danici comitis Ulfi, filii Spraclingi, filii Ursi, ac frater Suani Danorum regis, promisit se a rege impetraturum, ut suus ei comitatus redderetur.[2] Pacificato itaque cum imperatore Baldwino comite, comites Godwinus et Beorn XLII. navibus Pevenesea regis licentia sunt devecti; reliquam vero classis partem domum jussit redire, paucis secum navibus ibi retentis. Cui cum nuntiatum fuisset, quod Osgodus Clapa cum XXIX. navibus in Ulpe[3] jaceret, de navibus quas remisit quot potuit revocavit. Osgodus autem, uxore sua, quam apud Brycge commiserat, recepta, sex navibus Danemarciam rediit; aliæ vero East-Saxoniam adeuntes, præda circa Promontorium Eadulfi rapta non modica, redibant: verum eas in redeundo sæva corripuit tempestas, omnesque submersit, exceptis duabus, quæ in transmarinis partibus captæ sunt, occisis omnibus qui in illis erant. Dum hæc agebantur, Suanus comes Pevenesea venit, et consobrinum suum Beorn comitem cum dolo rogavit, ut ad Sandicum portum secum iret, et, ut illi promiserat, eum cum rege pacificaret: qui fisus in consanguinitate, tribus tantum sociis assumptis, cum illo proficisci cœpit. At ille ad Bosanham, ubi naves ejus erant, eum duxit, et in navim introductum duris mox loris vinciri jussit, ac secum tamdiu habuit, donec ad ostium Dertæ[4] veniret; ubi illo occiso, et in altam fossam

Osgod Clapa plunders on the coast of Essex.

A tempest.

Murder of Biörn by Swegen.

---

[1] *Leonensis monasterii abbatissam.*] Of Leominster.

[2] *Promisit . . . . . redderetur.*] This is very doubtful. See Sax. Chron.

[3] *Ulpe.*] Or Wulpe, a village on the coast of Flanders, to the N.W. of Sluys. See Grimm's Deutsche Heldensage, p. 330.

[4] *Dertæ.*] Of the Dart.

projecto, terraque obruto, dimiserunt illum sex naves, quarum duas paulo post cœperunt Hastingenses, et occisis qui fuerunt in eis, naves ad Sandwic conducentes, regi obtulerunt. Suanus vero ad Flandriam duabus fugiens navibus, ibi mansit, quoad Wigornensis episcopus Aldredus illum reduceret, et cum rege pacificaret.[1] Eodem anno, mense Augusto, Hibernienses piratæ xxxvi. navibus ostium intrantes Sabrinæ, in loco qui dicitur Wylesc Eaxan appulerunt, et cum adjutorio Griffini regis Australium Brytonum, circa loca illa prædam agentes, nonnulla mala fecerunt; dein conjunctis viribus, rex et ipsi pariter flumen quod Weage[2] nominatur transeuntes Dymedham incenderunt, et omnes quos ibi reperiebant peremerunt: contra quos Wigornensis episcopus Aldredus, et pauci de provincialibus Glawornensibus ac Herefordensibus, festinanter ascenderunt; sed Walenses, quos secum habuerant, eisque fidelitatem promiserant, ad regem Griffinum clanculo nuntium miserunt, rogantes ut quam citius posset super Anglos irrueret; qui mox et cum suis et cum piratis Hiberniensibus advolavit, et diluculo super Anglos irruens, multos ex illis occidit, cæteris per fugam lapsis.[3] Eadnothus Dorcestrensis episcopus obiit, cui regis capellanus Ulfus genere Nortmannus successit. Oswius abbas Thornegensis et Wlnothus abbas Westmonasterii decesserunt; decessit quoque Siwardus Edsii Dorubernensis archiepiscopi corepiscopus, et Abbandoniæ est tumulatus.[4] Quo etiam anno sanctus

Irish pirates, aided by Griffin of S. Wales, plunder in the Severn;

defeat the forces of Ealdred bp. of Worcester.

Eadnoth bp. of Dorchester ob.; succeeded by Ulf. Oswig abbot of Thorney, Wulfnoth of Westminster, and Eadsig ob.

---

[1] Sax. Chron. a. 1049, according to one account; according to another, a. 1050.

[2] *Weage.*] The Wye.

[3] Sax. Chron. a. 1050. Here Florence's narrative is more circumstantial than that in the Chronicle.

[4] Sax. Chron., under three dates, viz. 1048, 1050, 1051. *L.* reads: Sed et archiepiscopi vices moderans, Siwardus, ægritudine

Pope Leo dedicates the abbey of Rheims, and holds a synod there.

papa Leo, rogatu eximiæ religionis abbatis Herimari, in Franciam venit, habens in comitatu suo præfectum et digniores quosque Romuleæ urbis: et sancti Remigii Francorum apostoli monasterium, Remis constitutum, maximo cum honore dedicavit; et postmodum in ipsa urbe magnam synodum archiepiscoporum, episcoporum, et abbatum, sex diebus celebravit; in qua fuit Ælfwinus Ramesigensis abbas, et abbas monasterii Sancti Augustini, a rege Anglorum Eadwardo illo directi.[1]

A.D. 1050. Macbethad king of Scots. Eadsig abp. of Cant. ob.; succeeded by Rotbert. Of abbot Spearhafoc. Heriman bp. of Wilton and Ealdred of Worcester go to Rome.

[Rex Scottiæ Macbethad Romæ argentum spargendo distribuit.] Edsius Dorubernensis archiepiscopus obiit, cui Rotbertus Lundoniensis episcopus, genere Nortmannus, successit. Spearheafocus abbas Abbandunensis Lundoniæ præsulatum suscepit, sed antequam esset consecratus, a rege Eadwardo est ejectus.[2] Herimannus Wiltunensis episcopus, et Aldredus Wigornensis antistes Romam ierunt.[3]

A.D. 1051. Ælfric abp. of York ob.; succeeded by Kinsige. Dane-gilt remitted. Eustace Count of Boulogne lands at Dover.

Ælfricus Eboracensis archiepiscopus, Suthwealle defunctus, Medeshamstede sepelitur;[4] cui regis capellanus Kinsigius successit. Rex Eadwardus absolvit Anglos a gravi vectigali, tricesimo octavo anno ex quo pater suus rex Ægelredus primitus id Danicis solidariis solvi mandarat.[5] Post hæc, mense Septembri, Bononiensis[6] comes Eustatius senior, qui sororem Eadwardi regis, Godam nomine, in conjugium habuerat, paucis Doruverniam applicuit navibus; in qua

---

correptus, Abbendoniam a Cantia æger defertur, et duobus illic mensibus lecto detentus, ab hac vita educitur, atque ibidem sepelitur.

[1] Sax. Chron. aa. 1049, 1050.

[2] Venerat per hos dies ad regem quidam de Norwagia gente episcopus, vocabulo Rodulfus, regi propinquus. Is Abbendonensibus abbatis jure præficitur. *L. add.*

[3] Sax. Chron. aa. 1047, 1050, 1051.

[4] Ib. aa. 1050, 1052.

[5] Ib. a. 1052.

[6] *Bononiensis.*] Of Bononia, Boulogne.

milites ejus, cum stolide et insipienter sibi hospitia quærerent, unum e civibus peremerunt; quod videns ejus concivis, ulciscitur illum, occiso milite uno. Ob quam rem comes et sui nimis irati, viros et mulieres quamplures armis interfecerunt, pueros et infantes suorum pedibus equorum contriverunt; sed ubi cives ad obsistendum concurrere viderunt, turpem fugam ineuntes, vix evaserunt, septem ex sociis illorum peremptis, et ad regem Eadwardum, qui tunc temporis Glawornæ morabatur, fugerunt. Talia geri in suo comitatu comes Godwinus graviter ferens, nimiaque commotus ira, de toto suo comitatu, scilicet de Cantia, Suth-Saxonia, et West-Saxonia; et filius ejus primogenitus Suanus de suo, id est, de Oxnafordensi, Glawornensi, Herefordensi, Sumerseatunensi, Bearrucscirensi provinciis; alterque filius Haroldus de suo comitatu, videlicet de East-Saxonia, East-Anglia, Huntedunensi et Grantebrycgensi provinciis, innumerabilem congregaverunt exercitum, quod regem Eadwardum non latuit. Idcirco nuntiis ad Leofricum Mercensium, et Siwardum Northhymbrorum comites festinato missis, rogavit ut ad se, in magno periculo constitutum, cum omnibus quos habere poterant, venire accelerarent. Illi autem primo cum paucis venerunt, sed ubi cognoverunt quomodo se habuit res, per suos comitatus celeres miserunt veredarios, et magnum congregaverunt exercitum. Similiter et Radulfus comes, Godæ sororis Eadwardi regis filius, de suo comitatu quot potuit congregavit. Interea Godwinus et filii ejus cum suis exercitibus, post Nativitatem S. Mariæ [8 Sept.], in Glawornensem provinciam venientes, in loco qui dicitur Langetreo castrametati sunt, et legatis Glawornam ad regem directis, comitem Eustatium et socios ejus, in-

A fray there with the townsmen.

Godwine raises an army.

The earls Leofric and Siward collect forces against him.

Godwine and his sons enter Gloucestershire, and demand the delivery to them of Eustace and his followers.

super et Nortmannos, et Bononienses, qui castellum in Doruverniæ clivo tenuerunt, sub denuntiatione belli reposcebant. Ob id autem ad tempus rex perterritus, et in angore magno constitutus, quid ageret ignorabat penitus. Sed ubi exercitum comitum Leofrici, Siwardi, et Radulfi adventare comperit, se nullatenus Eustatium aliosque requisitos traditurum, constanter respondit: quo audito, vacui redeunt legati. Quibus abeuntibus, exercitus Glawornam intravit, ita inflammatus, et concordi animo ad pugnam paratus, ut statim, si rex permitteret, cum exercitu Godwini pugnam inire vellet. At quia de tota Anglia quique meliores in sua et illorum parte erant coadunati, comiti Leofrico et quibusdam aliis magnum videbatur insilium, ut ipsi cum suis compatriotis bellum inirent; sed obsidibus ad invicem datis, rex et Godwinus die constituto ad placitandum Lundoniam convenirent. Probato consilio et nuntiis intercurrentibus, obsidibus datis et acceptis, dux in West-Saxoniam rediit; rex vero de tota Mercia, et Northhymbria copiosiorem exercitum congregavit, et secum Lundoniam duxit. Godwinus autem et filii ejus ad Suthweorce venere cum magna West-Saxonum multitudine; sed quia suus ab eo paulatim defluxerat exercitus, placitum inire cum rege non audebat, verum nocte superveniente fugam iniit. Quare mane facto, rex in suo concilio, et omnis exercitus unanimi consensu, illum et quinque filios ejus exules fore decreverunt; qui mox cum conjuge sua Gytha, et Tosti cum uxore sua Juthitta, filia videlicet Baldwini Flandrensium comitis, ac duo alii ejus filii, Suanus et Gyrth, ad Thornege, ubi navis eis parata fuerat, venerunt: in quam tantum auri et argenti, aliarumque rerum pretiosarum, quantum illa portare potuit, festinanter

A witenagemôt at London.

Flight and exile of Godwine and his sons.

imponentes, eamque citatim conscendentes, ad Flandrensium comitem Baldwinum cursum direxerunt. Porro Haroldus et Leofwinus, filii ejus, Brycgstowam adeuntes, navem, quam frater illorum Suanus sibi paraverat, conscenderunt, et in Hiberniam transvecti sunt. Reginam vero Edgitham rex, propter iram quam adversus patrem suum Godwinum habuerat, repudiavit, et cum una pedissequa ad Hwereweallam eam sine honore misit, et abbatissæ[1] custodiendam commendavit. His gestis Nortmannicus comes Willelmus cum multitudine Nortmannorum Angliam venit, quem rex Eadwardus et socios ejus honorifice suscepit, et magnis multisque donatum muneribus ad Nortmanniam remisit.[2] Eodem anno Willelmus regis capellanus Lundoniensem episcopatum, qui Spearheafoco prius datus fuerat, suscepit.[3]

Queen Eadgyth committed to Wherwell abbey.

Arrival of William duke of Normandy.

William made bishop of London.

Marianus chronographus seculum reliquit. Ælfgiva Imme, conjux regum Ægelredi et Canuti, II. nonas Martii [6 Mar.], Wintoniæ obiit, et ibi sepulta est.[4] Eodem anno Walensium rex Griffinus magnam partem Herefordensis provinciæ depopulatus est; contra quem provinciales illi, et de castello quamplures Nortmanni ascenderunt; sed multis ex illis occisis, ille victoriam habuit, et secum prædam magnam abduxit. Hæc pugna facta est eodem die, quo ante XIII. annos, fratrem comitis Leofrici Eadwinum Walenses per insidias interfecerunt.[3]

A.D. 1052.

Death of queen Emma.

Griffin king of Wales devastates Herefordshire.

[1] *Abbatissæ.*] She was a sister of the king.

[2] Sax. Chron. where two narratives of the fray with Eustace and its consequences are given, under the years 1043 and 1052.

[3] Sax. Chron. a. 1052. Rodulfus episcopus et abbas Abbendoniensis ecclesiæ obiit, cui successit Ordricus ejusdem ecclesiæ monachus. *L. add.* The Chronicle (a. 1051) states that Spearhafoc was deprived of his bishopric, and never received consecration, which, by command of the pope, archbishop Robert refused to perform.

[4] Sax. Chron.

Harold and Leofwine enter the Severn, and plunder in Somerset and Dorsetshires;

Parvo post hoc tempore, Haroldus comes et frater ejus Leofwinus, de Hibernia redeuntes, et ostium Sabrinæ navibus multis intrantes, in confinio Sumersetaniæ et Dorsetaniæ applicuerunt, et illis in partibus villas ac agros deprædati sunt multos. Adversus quos, et de Domnania et Sumersetania, quamplures congregati ascenderunt, sed eos vicit Haroldus, cæsis ex illis plusquam triginta nobilibus ministris, cum aliis multis; dein ad naves cum præda rediit, et mox Penwithsteort[1] circumnavigavit. Tunc rex Eadwardus quadraginta naves, alimentis electisque militibus instructas, ad Sandicum portum festinato misit, et eos adventum Godwini comitis opperiri et observare jussit. Sed tamen, ignorantibus omnibus, ille cum paucis navibus reversus, in Cantia applicuit, et missis latenter nuntiis, primitus Cantuarienses, dein Suth-Saxones, East-Saxones, Suthregienses, et omnes butsecarlas de Heastinga, et ubique circa ripas maris, aliosque nonnullos, in adjutorium sui allexit. Hi omnes uno ore, aut vivere aut mori cum eo se paratos fore, sibi promiserunt. Quod ubi regiæ classi, quæ ad Sandicum portum jacebat, innotuit, illum insequuntur; verum ipse fugiens evasit, et, quo in loco potuit, se occultavit. Illi vero ad Sandicum portum sunt revecti, et inde Lundoniam sunt reversi. Hoc cognito, comes Godwinus ad Vectam Insulam revehitur, et circa ripas maris tamdiu vagabatur, donec ad illum filii ejus Haroldus et Leofwinus sua cum classe venirent; sed ex quo in unum convenerant, a deprædatione ac populatione desistebant; victum tamen exercitui suo, cum res exposceret, sumebant; circa ripas autem maris, et ubicunque

defeat the inhabitants.

Eadweard sends a fleet to Sandwich.

Godwine raises auxiliaries.

[1] *Penwithsteort.*] The Land's End.

locorum, omnes quos poterant sibi in adjutorium allicientes, et butsecarlas omnes quos obvios invenerant secum legentes, versus Sandicum portum cursum direxerunt. Quo cum venissent, regi Eadwardo, tunc temporis Lundoniæ demoranti, illorum adventus nunciatur; qui nuntiis propere missis, omnibus qui a se non defecerant mandavit, ut in adjutorium sui venire maturarent. At illi nimis tardantes, ad tempus non venerunt. Interea cum sua classe Godwinus comes adversus cursum Tamensis devectus, die Exaltationis Sanctæ Crucis [14 Sept.], feria secunda, ad Suthweorce venit, et ibi tamdiu expectavit quoad maris accessus veniret. Interim quosdam per internuntios, quosdam per se cives Lundonienses, quos variis pollicitationibus prius illexerat, convenit, et ut omnes fere quæ volebat omnino vellent, effecit. Inde rebus omnibus dispositis et ordinatis, reumate adveniente, festinanter anchoras sustulerunt, ac nullo in ponte obsistente, per australem fluminis crepidinem sursum navigaverunt. Venit et pedestris exercitus, ac se per oram fluvii ordinatim disponens, spissam terribilemque fecit testudinem. Dein classis se versus aquilonalem ripam vertit, quasi regis classem circundare vellet: habebat enim et rex classem, ac numerosum pedestrem exercitum. Sed quia ibi, et cum rege et cum Godwino, erant perpauci qui fortitudinis aliquid haberent, nisi tantum Angli, pugnare adversus suos propinquos ac compatriotas pene omnes abhorrebant; unde sapientiores quique ex utraque parte, inter regem et ducem pacem redintegrantes, exercitum ab armis discedere jusserunt. Mane autem facto, concilium rex habuit, pristinumque honorem pleniter reddidit Godwino et uxori suæ, filiisque omnibus, excepto Suano; ille

Godwine proceeds up the Thames to Southwark.

Godwine and his family restored. Death of Swegen.

enim ductus pœnitentia, eo quod, ut prælibavimus, consobrinum suum Beorn occiderat, de Flandria nudis pedibus Ierusalem jam adierat, indeque rediens, invalitudine ex nimio frigore contracta, mortuus est in Licia.[1] Filiam quoque ducis, Eadgitham reginam, digniter rex recepit, ac pristinæ dignitati restituit. Facta igitur concordia, paceque firmata, omni populo rectam legem promiserunt, et omnes Nortmannos qui leges iniquas adinvenerant, et injusta judicia judicaverant, multaque regi insilia adversus Anglos dederant, exlegaverunt. Paucos tamen, scilicet, Rotbertum diaconem, et generum ejus Ricardum filium Scrob,[2] Ælfredum regis stratorem, Anfridum, cognomento Ceocesfot, et quosdam alios, quos plus cæteris rex dilexerat, eique et omni populo fideles extiterant, in Anglia remanere permiserunt. Porro Rotbertus Doruberniæ archiepiscopus, et Lundoniæ præsul Willelmus, et Ulf Lindicolinensis antistes, cum suis Nortmannis vix evadentes, mare transierunt:[3] sed Willelmus, propter suam bonitatem, parvo post tempore revocatus, in suum episcopatum recipitur. Osbernus vero, cognomento Pentecost, et socius ejus Hugo sua reddiderunt castella; et comitis Leofrici licentia per suum comitatum Scottiam adeuntes, a rege Scottorum Macbeotha suscepti sunt. Eodem anno, in nocte festivitatis sancti Thomæ Apostoli [21 Dec.], tantus tamque

The Normans expelled from England.

A violent hurricane.

[1] *Licia.*] According to the Chronicle, Swegen died at Constantinople on his journey home. According to Malmesbury, he was slain by the Saracens.

[2] *Scrob.*] Both this Richard fil. Scrob, and his son Osbern are mentioned in Domesday as holding lands T. R. E. (Tempore Regis Edwardi). Osbern appears also among the tenants in capite, as a great landholder, in no less than six counties, at the time of the Survey, and also as an under tenant. His chief seat was at Ricard's Castle in Herefordshire, so called from his father the builder of it. See Ellis, Introd. to Domesday, I. pp. 460, 485, and II. pp. 193, 206.

[3] Sax. Chron.

vehemens extitit ventus, ut multas ecclesias domosque dirueret, et innumerabiles arbores frangeret, vel radicitus erueret.[1]

Griffini regis Australium Walensium frater, Res nomine, propter frequentes prædas quas egit in loco qui Bulendun dicitur, jussu regis Eadwardi, occiditur, et Glawornam caput ejus ad regem in vigilia Epiphaniæ Domini [5 Jan.] est allatum.[1] Eodem anno, dum secunda Paschalis festivitatis celebraretur feria [12 Apr.], Wintoniæ, Godwino comiti, more solito regi ad mensam assidenti, suprema evenit calamitas; gravi etenim morbo ex improviso percussus, mutus in ipsa sede declinavit. Quod filii ejus, comes Haroldus, Tosti, et Gyrth videntes, illum in regis cameram portabant, sperantes eum post modicum de infirmitate convalescere: sed ille expers virium, quinta post hæc feria [15 Apr.], miserabili cruciatu vita decessit, et in Veteri Monasterio sepultus est; cujus ducatum suscepit filius ejus Haroldus, et ejus comitatus datus est Algaro Leofrici comitis filio.[2] Mense Octobri Wlsius Licetfeldensis episcopus, et abbates Godwinus Wincelcumbensis, et Ægelwardus Glastoniensis decesserunt. Wlsio Leofwinus, Coventrensis abbas, et Ægelwardo Ægelnothus, ejusdem monasterii monachus, successerunt. Aldredus vero Wigorniensis episcopus abbatiam Wincelcumbensem tamdiu in manu sua tenuit,[1] donec Godricum, regis capellani Godmanni filium, abbatem constitueret. Ælfricus germanus Oddæ comitis apud Deorhyrste XI. kal. Januarii [22 Dec.] obiit, sed in monasterio Persorensi est tumulatus.[1] [Aed, clericus barbosus in Hibernia, vir famosissimus et miræ religionis fuit, qui

A. D. 1053. Griffin of South Wales slain.

Death of Godwine.

Wulfsige bp. of Lichfield, the abbots Godwine of Winchcombe and Æthelweard of Glastonbury ob.; succeeded by Leofwine, Æthelnoth, and Godric.

Aed expelled from Ireland.

---

[1] Sax. Chron.

[2] Sax. Chron., but less circumstantially than Florence.

clericorum, puellarum, et laicorum magnam scholam habebat, puellasque more clericorum tondebat, propter quod etiam de Hibernia projectus est.[1]]

A. D. 1054. Siward enters Scotland; defeats Macbeth,

Strenuus dux Northhymbrorum Siwardus, jussu regis, cum equestri exercitu et classe valida Scottiam adiit, et cum rege Scottorum Macbeotha prœlium commisit, ac multis millibus Scottorum, et Nortmannis omnibus, quorum supra fecimus mentionem, occisis, illum fugavit, et Malcolmum, regis Cumbrorum filium, ut rex jusserat, regem constituit. In eo tamen prœlio suus filius et multi Anglorum et Danorum ceciderunt.[2] Eodem anno, in festivitate sancti Kenelmi martyris [17 Jul.], Aldredus Wigornensis episcopus Godricum abbatem Wincelcumbæ constituit; dein magnis cum xeniis regis fungitur legatione ad imperatorem; a quo simul et ab Herimanno Coloniensi archipræsule, magno susceptus honore, ibidem per integrum annum mansit; et regis ex parte imperatori suggessit, ut legatis Ungariam missis, inde fratruelem suum Eadwardum, regis videlicet Eadmundi Ferrei Lateris filium, reduceret, Angliamque venire faceret.[3]

and raises Malcolm to the throne.

Bp. Ealdred goes on a mission to the emperor.

A. D. 1055. Death of Siward.

Siwardus dux Northanhymbrorum Eboraci decessit, et in monasterio Galmanho, quod ipse construxerat, sepultus est; cujus ducatus Tostio, Haroldi ducis germano, datus est.[1] Non multo post, rex Eadwardus, habito Lundoniæ consilio, Algarum comitem, filium Leofrici comitis, sine culpa exlegavit; qui mox Hiberniam petiit, et XVIII. piraticis navibus acquisitis, rediit, et Griffi-

His earldom bestowed on Tostig. Earl Ælfgar outlawed: with Griffin king of Wales he

[1] *Projectus est.*] Ipse enim fœminas et puerulos more clericorum coronando tondebat; et coronas, et non velata capita, fœminas conversas habere debere prædicabat. *Marian. Ed.*

[2] Sax. Chron.

[3] *Venire faceret.*] Florence's account of bishop Ealdred's mission is more circumstantial than that in the Chronicle.

num regem Walensium adiit, eumque petivit, ut contra regem Eadwardum sibi esset in auxilium. Ille statim de toto regno suo copiosum exercitum congregans, Algaro præcepit, ut loco constituto sibi et exercitui cum suis copiis occurreret; quibus in unum convenientibus, fines Anglorum depopulaturi, Herefordensem provinciam intraverunt. Contra quos timidus dux Radulfus, regis Eadwardi sororis filius, exercitum congregans, et duobus miliariis a civitate Hereforda, IX. kal. Novembris [24 Oct.] illis occurrens, Anglos contra morem in equis pugnare jussit: sed cum prœlium essent commissuri, comes cum suis Francis et Nortmannis fugam primitus capessit. Quod videntes Angli, ducem suum fugiendo sequuntur, quos adversarii fere omnes insequuti, CCCC. vel quingentos viros ex eis peremerunt, multosque vulneraverunt. Dein victoria potiti, rex Griffinus et comes Algarus Herefordam intraverunt, et VII. canonicis, qui valvas principalis basilicæ defenderant, occisis, ac monasterio quod verus Dei Christicola antistes Æthelstanus construxerat, cum omnibus ornamentis, et reliquiis sancti Ægelberhti regis et martyris,[1] aliorumque sanctorum, cumbusto, et nonnullis e civibus necatis, multisque captivatis, civitate etiam spoliata et cremata, prædæ ubertate ditati redierunt. Quod ubi regi innotuit, de tota mox Anglia exercitum congregari jussit, cui Glawornæ congregato strenuum ducem Haroldum præfecit, qui devote jussis obtemperans, Griffinum et Algarum impigre insequitur, ac fines Walanorum audacter ingressus, ultra Straddele[2] castrametatus est; sed illi, quia virum fortem et bellicosum ipsum sciebant, cum eo

invades England.

They defeat the English under earl Radulf;

plunder and burn Hereford.

Harold marches against them.

---

[1] *Martyris.*] See sub anno 793.

[2] *Straddele.*] Snauduna. *R. Wendover.*

committere bellum non audentes, in Suth-Waliam fugerunt. Quo comperto, majorem exercitus partem ibi dimisit, mandans eis ut suis adversariis, si res exposceret, viriliter resisterent; cum cætera vero multitudine Herefordam rediens, vallo lato et alto illam cinxit, portis et seris munivit. Interea legatis intercurrentibus, Griffinus, Algarus, et Haroldus, et qui cum illis fuerant, in loco qui Biligesleagea dicitur convenerunt, et pace data et accepta, firmam amicitiam inter se pacti sunt. Quibus patratis, classis Algari comitis Legeceastram devecta, stipendium, quod eis promiserat, ibi expectavit. Ipse vero ad regem venit, et ab eo suum comitatum recepit. Eo tempore religiosus vir Tremerin[1] Walonicus antistes decessit. Hic multo tempore vicarius Æthelstani Herefordensis præsulis extitit, postquam ipse ministerium episcopale per se implere nequivit, erat enim per annos tredecim oculorum lumine privatus.[2] Herimannus Wiltoniæ provinciæ præsul, offensus quia ei sedem episcopalem transferre de villa quæ Reamnesbyrig dicitur ad abbatiam Malmesbyriensem rex nollet concedere, episcopatum dimisit, marique transfretato, apud Sanctum Bertinum[3] monachicum habitum suscepit, ibique in ipso monasterio III. annis mansit.

Peace concluded.

Bp. Tremerin ob.

Heriman bp. of Wilton resigns his see.

A.D. 1056.

Magnæ vir sanctitatis Herefordensis episcopus Æthelstanus, IV. idus Februarii [10 Feb.], in episcopali villa quæ vocatur Bosanbyrig decessit; cujus corpus Herefordam delatum, in ecclesia, quam ipse a fundamentis construxerat, est tumulatum; cui Leovegarus ducis Haroldi capellanus successit; qui eodem anno, XVI. kal. Julii [16

Æthelstan bp. of Hereford ob.: succeeded by Leofgar, who is slain by the Welsh.

---

[1] *Tremerin.*] Sax. Chron. Tremerig.

[2] *Privatus.*] Florence's narrative of these events also, is far more copious than that in the Chronicle.

[3] *S. Bertinum.*] At St. Omer's.

Jun.], a Griffino Walanorum rege, in loco qui Claftbyrig[1] vocatur, cum clericis suis et vicecomite Agelnotho, et multis aliis, occisus est.[2] Mansit autem in episcopatu undecim septimanis, et IV. diebus. Quo perempto, Aldredo Wigornensi præsuli, donec antistes constitueretur, commissus est episcopatus Herefordensis. Post hæc idem episcopus, et comites Leofricus ac Haroldus, cum rege Eadwardo Walanorum regem Griffinum pacificaverunt.[2] [Marianus, peregrinus factus pro cœlesti patria, venit Coloniam, ibique in monasterio Scottorum Sancti Martini, quinta feria, kal. Augusti [1 Aug.], monachus factus est.] Ecclesiarum amator, pauperum recreator, viduarum et pupillorum defensor, oppressorum subventor, virginitatis custos, comes Agelwinus, id est, Odda,[3] ab Aldredo Wigornensi episcopo, ante suum obitum, monachizatus, II. kal. Septembris [31 Aug.], apud Deorhyrste decessit, sed in monasterio Persorensi honorifice sepultus quiescit.[2] Dunholmensis episcopus Agelricus, episcopatu sponte relicto, ad monasterium suum, quod dicitur Burh, ubi nutritus et monachus est factus, secessit, ibique annis XII. deguit; cui ejusdem monasterii monachus, frater ipsius, Agelwinus, in episcopatum successit.[2]

Peace with Griffin.

Marianus becomes a monk at Cologne.

Earl Æthelwine dies.

Ægelric bp. of Durham retires to Peterborough; succeeded by Ægelwine.

Clito Eadwardus, regis Eadmundi Ferrei Lateris filius, ut ei mandarat suus patruus rex Eadwardus, de Ungaria, quo multo ante, ut prædiximus, in exilium missus fuerat, Angliam venit. Decreverat enim rex illum post se regni hæredem constituere; sed ex quo venit parvo post tempore vita decessit Lundoniæ.[2] Excellentis vir memoriæ, laudabilis comes Leofricus, ducis Leofwini filius, in propria villa, quæ dicitur

A. D. 1057. The ætheling Eadweard returns to England, and dies.

Earl Leofric dies.

---

[1] *Claftbyrig.*] Cleobury? Sax. Chron.

[3] *Odda.*] Earl of Devon.

Bromleage, II. kal. Septembris [31 Aug.] in bona decessit senectute, et Coventreo sepultus est honorifice;[1] quod monasterium, inter cætera bona quæ in sua vita gessit opera, ipse et uxor ejus, Dei cultrix, sanctæque Mariæ semper virginis amatrix devota, nobilis comitissa Godgiva, de suo patrimonio a fundamentis construxerunt, et id terris sufficienter locupletaverunt, ornamentis variis adeo ditaverunt, ut in Anglia tanta copia auri, argenti, gemmarum, lapidumque pretiosorum in nullo inveniretur monasterio, quanta tunc temporis habebatur in illo. Leonense[2] etiam et Wenlocanense cœnobium, Sanctique Johannis Baptistæ, ac Sanctæ Werburgæ virginis monasteria in Legeceastra[3] sita, et ecclesiam quam Lindicolinensis præsul Eadnothus in loco famoso qui Sanctæ Mariæ Stou Anglice, Latine vero Sanctæ Mariæ Locus appellatur, pretiosis ditaverunt ornamentis. Wigornense quoque monasterium terris, et Eoveshamnense ædificiis, ornamentis variis, terrisque locupletaverunt. Hujus itaque comitis sapientia, quamdiu vixit, regibus, omnique Anglorum populo multum profecit; cujus ducatum filius suus Algarus suscepit. Heca præsul Australium Saxonum obiit; pro quo Ægelricus Christi Ecclesiæ monachus Cantwariensis, eligitur.[1] Radulfus supradictus comes XII. kal. Januarii [21 Dec.] decessit, et in abbatia quæ Burh vocatur, tumulatus est.

Munificence of Leofric and his wife Godgifu (Godiva).

Ælfgar succeeds Leofric. Heca bp. of Selsey ob.; Ægelric succeeds.

Earl Radulf ob.

A. D. 1058.

Paderborn burnt.

Of the Scot Paternus.

[Paderbrunna civitas cum duobus monasteriis, id est, episcopatus et monachorum, feria sexta ante Palmas [10 Apr.] igne consumitur. In monasterio autem monachorum erat monachus nomine Paternus, Scottus, multisque annis inclusus, qui etiam ipsum prænuntiabat incendium,

[1] Sax. Chron.

[2] *Leonense.*] Of Leominster.

[3] *Legeceastra.*] Chester.

qui pro cupiditate martyrii nullo modo exivit, sed in clausula sua combustus est, et per hunc ignem transivit in refrigerium: de cujus etiam sepulchro quædam bona narrantur. Ipsis vero statim diebus, feria secunda post octavas Paschæ [27 Apr.], exiens de Colonia, causa claudendi,[1] cum abbate Fuldensi ad Fuldam, super mattam supra quam combustus est, ego oravi. Hæc ait Marianus Scottus inclusus.] Algarus Merciorum comes a rege Eadwardo, secundo exlegatus est, sed regis Walanorum Griffini juvamine, et Norreganicæ classis adminiculo, quæ ad illum venerat ex improviso, cito per vim suum comitatum recuperavit.[2] Stephanus papa obiit III. kal. Aprilis [30 Mar.]; Benedictus successit, qui Stigando Doruberniæ archiepiscopo pallium misit. Ægelricus Suth-Saxonum præsul ordinatur, et abbas Siwardus consecratur episcopus ad Hrofensem ecclesiam.[2] Aldredus Wigorniensis episcopus ecclesiam, quam in civitate Glaworna a fundamentis construxerat, in honorem principis Apostolorum Petri, honorifice dedicavit;[2] et postea, regis licentia, Wlstanum Wigornensem monachum a se ordinatum, abbatem constituit ibidem. Dein præsulatu Wiltonensis ecclesiæ, qui sibi ad regendum commissus fuerat, dimisso, et Herimanno, cujus supra meminimus, reddito, mare transiit, et per Ungariam profectus est Hierosolymam, quod nullus archiepiscoporum vel episcoporum Angliæ eatenus dinoscitur fecisse.

Earl Ælfgar outlawed.

Pope Stephen ob.; succeeded by Benedict.

Ægelric bp. of Selsey ordained.

Siward consecrated bp. of Rochester.

Bp. Ealdred consecrates his abbey at Gloucester.

Wulfstan its first abbot.

Bp. Ealdred goes to Jerusalem.

A. D. 1059.

Nicolaus, civitatis Florentiæ episcopus, papa eligitur, et Benedictus ejicitur.[2] [Marianus inclusus cum Sigefrido Fuldensi abbate, juxta corpus S. Kiliani in Wirziburh consecratus est presbyter, Sabbato Mediæ Quadragesimæ, III. idus

Nicholas elected pope.

Benedict expelled.

Marianus ordained priest.

---

[1] *Causa claudendi.*] Causa orationis. *Marian. ed.*

[2] Sax. Chron.

Martii [13 Mar.]; et feria sexta post Ascensionem Domini, pridie idus Maii [14 Maii], inclusus est in Fulda per annos decem.]

A. D. 1060. Henry I. king of the French ob.; succeeded by Philip I. Duduc bp. of Wells ob.; succeeded by Gisa. Kynsige abp. of York ob.; Ealdred succeeds. Walter of Lorraine succeeds to Hereford.

Heinricus rex Francorum obiit,[1] cui filius ejus primogenitus Philippus successit. Wyllensis episcopus Duduc obiit, cui successit Gisa regis capellanus,[1] ambo de Lotharingia oriundi. Eboracensium archiepiscopus Kinsius XI. kal. Jan. [22 Dec.] Eboraci obiit; cujus corpus ad monasterium quod Burh dicitur, delatum, honorifice est tumulatum; pro quo Wigornensis episcopus Aldredus ad archiepiscopatum in Nativitate Domini [25 Dec.] eligitur: et Herefordensis præsulatus, qui ei propter suam industriam fuerat commissus, capellano Edgithæ reginæ Waltero[1] Lotharingo est datus.

A. D. 1061. Abp. Ealdred and earl Tostig go to Rome. Abbot Maiolus ob.

Aldredus Eboracensis archiepiscopus cum Tostio comite Romam ivit, et a Nicolao papa pallium suscepit:[1] ubi etiam Gisa Wellensis, et Walterus Herefordensis ab ipso papa episcopi ordinati sunt. Usque ad Johannem, successorem istius Gysæ, omnes episcopi Wyllensis ecclesiæ sedes suas Wellis[2] habuerunt, in ecclesia S. Andreæ Apostoli. [Maiolus abbas Scottorum Coloniæ obiit. Foilanus post eum successit.]

A. D. 1062. Of Wulfstan bp. of Worcester.

Wlstanus vir venerandus, pontifex Wigornensi ecclesiæ præficitur. Hic Deo amabilis, regione Merciorum in provincia Warewicensi, parentibus religiosis oriundus, patre videlicet Eatstano, matre vero Wlfgeova nomine; in nobili autem monasterio, quod Burh nominatur, litteris et ecclesiasticis officiis optime extitit imbutus. Qui ambo, scilicet parentes ejus, in tantum religioni studebant, ut longe ante finem vitæ

---

[1] Sax. Chron.

[2] *Wellis.*] Whence (a. 1091) it was transferred to Bath.

castitatem professi, se ab invicem separantes, sub sanctæ conversationis habitu vitam consummare gauderent. Quorum exemplo ipse adolescens incitatus, matre id maxime persuadente, seculum reliquit, atque in eodem Wigornensi monasterio, quo et ante pater suus Deo servierat, monachicum habitum et ordinem a venerabili Brihteago, ejusdem ecclesiæ episcopo, suscepit; a quo etiam in gradum tam diaconatus quam presbyteratus ordinatus est; statimque in ipso initio arduam et omni religiositate plenam vitam arripiens, in vigiliis, jejuniis, orationibus, omnique virtutum genere, subito admirandus apparuit. Hinc, ob morum disciplinam, primo magister et custos infantum aliquandiu constituitur; deinde, ob solertiam ecclesiastici officii, cantor simul et thesaurarius ecclesiæ ex præcepto seniorum efficitur. Nactus vero occasionem liberius Deo serviendi ex commissa sibi custodia ecclesiæ, totum se contemplativæ vitæ dedit, die noctuque in ea aut orationi aut divinæ lectioni insistens, bidui triduique jejunio assidue corpus macerans; sacris vigiliis in tantum deditus, ut non modo noctem, sed etiam persæpe diem cum nocte aliquando, quod a nobis vix crederetur, si non ab ipsius ore hoc audissemus, quatuor dies cum noctibus absque somno transigens, fere exsiccato cerebro periculum incurreret, nisi sopore prælibato naturæ satisfacere maturaret. Denique et cum vi naturæ dormire compelleretur, non lecto aut lectosterniis membra ad soporem fovebat, sed super aliquod scamnum ecclesiæ, libro in quo orabat sive legebat caput sustentans, paulisper se reclinabat. Post aliquod autem tempus, defuncto Agelwino priore monasterii, ipse vir reverendus prior et pater congregationis ab Aldredo episcopo ponitur; quod officium valde

laudabiliter adimplens, prioris conversationis austeritatem minime reliquit, immo, ut cæteris exemplum bene vivendi daret, multipliciter adauxit. Deinde post aliquot annorum curricula, electo ad archiepiscopatum Eboracensis ecclesiæ ipso Aldredo Wigornensis ecclesiæ episcopo, fit unanimis consensus tam cleri quam etiam totius plebis in ejus electione, rege videlicet annuente ut quem sibi vellent præsulem eligerent. Contigit namque eo tempore et legatos sedis apostolicæ ejus electioni interesse, Armenfredum, scilicet, Sedunensem[1] episcopum, et alium, qui a domino papa Alexandro pro responsis ecclesiasticis ad regem Anglorum Eadwardum missi, regio præcepto Wigorniæ per totam fere Quadragesimam degebant, expectantes responsum suæ legationis usque ad curiam regalem proximi Paschæ. Hi videntes, dum ibi morabantur, ejus laudabilem conversationem, in ejus electione non tantum consentiebant, immo tam clerum quam plebem maxime ad hoc instigabant, suaque auctoritate ejus electionem firmabant: illo vero obstinatissime renuente, seque indignum acclamante, et cum sacramento etiam affirmante se multo libentius decollationi quam tam altæ ordinationi succumbere velle. Cum sæpe et frequenter a pluribus viris religiosis et venerabilibus personis super his circumventus, ad consentiendum minime persuaderi posset, tandem a viro Dei Wlsio incluso, qui tunc plus XL. annis solitariam vitam egisse noscebatur, acriter pro inobedientia et obstinacia correptus, divino etiam oraculo territus, consentire cum maximo cordis dolore compulsus est, atque die Decollationis Sancti Johannis Baptistæ [29 Aug.], electione

---

[1] *Sedunensem.*] Of Sedunum, now Sion, the capital of the Valais.

canonice confirmata, et episcopatu suscepto, Dominico die, quo Nativitas Sanctæ Mariæ [8 Sept.] ab ecclesia celebrabatur, consecratus, vita et virtutibus clarus, Wigornensis ecclesiæ præsul effulsit. Consecratus est igitur episcopus a venerando Aldredo Eboracensium archiepiscopo, eo quod Stigando Doruberniæ archiepiscopo officium episcopale tunc a domino apostolico interdictum erat; quia, Rodberto archiepiscopo vivente, archiepiscopatum suscipere præsumpsit; canonica tamen professione præfato Dorubernensi archiepiscopo Stigando, non suo ordinatori Aldredo facta. Insuper et ipse Eboracensis archiepiscopus, ejus ordinator, coram rege et regni optimatibus, ipso Stigando factitante propter subsequentium calumnias, profiteri jussus est, se nullum jus ecclesiasticæ seu secularis subjectionis super eum deinceps velle clamare, nec propter quod ab eo consecratus est, nec quia ante consecrationem ejus monachus factus est. Facta est autem hæc illius ordinatio anno ætatis suæ plus quinquagesimo, regni vero regis Eadwardi anno XX°., indictione XV. Of archbp. Stigand.

Strenuus dux West-Saxonum Haroldus, jussu regis Eadwardi, post Nativitatem Domini [25 Dec.], equitatu non multo secum assumpto, de Glaworna, ubi rex tunc morabatur, ad Rudelan multa cum festinatione profectus est, ut regem Walanorum Griffinum, propter frequentes depopulationes quas in Anglorum finibus agebat, ac verecundias quas domino suo regi Eadwardo sæpe faciebat, occideret. At ille, ejus adventu præcognito, fugam cum suis iniit, navem ascendit, et vix evasit. Haroldus vero, ut eum fugisse comperit, palatium incendere, et naves ejus cum armamentis comburere jussit, eodemque die rediit: sed circa Rogationes [26 Maii] de A.D. 1063. Harold reduces the Welsh to subjection.

Bryccstowe classica manu profectus, magna ex parte terram Walanorum circumnavigabat; cui frater suus comes Tostius, ut rex mandarat, cum equestri occurrit exercitu, et viribus simul junctis, regionem illam depopulari cœperunt. Unde Walani coacti, datis obsidibus, se dederunt, et se tributum illi daturos promiserunt, regemque suum Griffinum exlegantes abjecerunt.[1]

A. D. 1064. Griffin king of Wales slain by his people, and his territory given to his brothers.

Rex Walanorum Griffinus non. Augusti [5 Aug.] a suis interficitur, et caput ejus caputque navis ipsius cum ornatura comiti Haroldo mittitur, quæ mox ille regi detulit Eadwardo. Quibus gestis, suis fratribus, Blethgento et Rithwalano, rex terram Walanorum dedit; cui, et Haroldo comiti, fidelitatem illi juraverunt, et ad imperium illorum mari terraque se fore paratos, ac omnia quæ prius de terra illa regibus anterioribus fuerant pensa, obedienter se pensuros spoponderunt.[2]

A. D. 1065. Translation of St. Oswine.

Reverendus vir Agelwinus, Dunholmensis, episcopus, sancti Oswini, regis quondam Berniciorum[3] ossa, in monasterio quod juxta ostium Tinæ fluminis situm est, de tumulo levavit, transactis a sepultura ejus cccc.xv. annis, et in scrinio cum magno honore locavit. Strenuus dux West-Saxonum Haroldus, in terram Walanorum, in loco qui Portascith nominatur, mense Julio, magnum ædificari jussit ædificium, et multa quæ pertinent ad esum et potum illuc congregari mandavit, ut dominus suus rex Eadwardus illic aliquandiu venationis causa degere possit: sed Cradoc filius regis Suth-Walanorum Griffini, quem ante paucos annos Griffinus rex North-Walanorum occiderat, ejusque regnum invaserat, cum omnibus quos habere

Harold erects a hunting-seat for Eadweard at Portskeweth, which Cradoc prince of S. Wales destroys.

[1] Sax. Chron. in substance.

[2] Sax. Chron.

[3] *Berniciorum.*] See sub anno 651.

poterat, die festivitatis sancti Bartholomæi Apostoli [24 Aug.], illuc venit, et operarios fere cunctos, cum illis qui eis præerant, peremit, et omnia bona, quæ ibi congregata fuerant, abstulit.[1] Dein post festivitatem sancti Michaelis Archangeli, v. nonas Octobris [3 Oct.], feria secunda, Northhymbrenses ministri, Gamelbearn, Dunstanus filius Athelnethes, Glonieorn filius Heardulfi, cum cc. militibus Eboracum venerunt, et pro execranda nece nobilium Northhymbrensium ministrorum Gospatrici, quem regina Edgitha, germani sui Tostii causa, in curia regis, IV^{ta}. nocte Dominicæ Nativitatis [28 Dec.], per insidias occidi jussit; et Gamelis filii Orm, ac Ulfi filii Dolfini, quos, anno præcedenti Eboraci, in camera sua, sub pacis fœdere, per insidias, comes Tostius occidere præcepit; necnon pro immensitate tributi quod de tota Northhymbria injuste acceperat, eodem die primitus illius Danicos huscarlas Amundum et Reavensvartum de fuga retractos, extra civitatis muros, ac die sequenti plusquam cc. viros ex curialibus illius, in boreali parte Humbræ fluminis, peremerunt; ærarium quoque ipsius fregerunt, ac omnibus quæ illius fuerant ablatis, recesserunt. Omnes dehinc fere comitatus illius in unum congregati, Haroldo West-Saxonum duci, et aliis quos rex Tostii rogatu pro pace redintegranda ad eos miserat, in Northamtonia occurrerunt; ubi prius, et post apud Oxnefordam, die festivitatis Apostolorum Simonis et Judæ [28 Oct.], dum Haroldus et alii quamplures comitem Tostium cum eis pacificare vellent, omnes unanimi consensu contradixerunt, ac eum cum omnibus, qui legem iniquam statuere illum incitaverant, exlegaverunt: et post festivi-

Insurrection of the Northumbrian thanes.

They expel Tostig,

---

[1] Sax. Chron.

tatem Omnium Sanctorum [1 Nov.], cum adjutorio comitis Eadwini, de Anglia Tostium expulerunt; qui mox cum uxore sua Baldwinum Flandrensium comitem adiit, et apud Sanctum Audomarum[1] hiemem exegit.[2] Post hæc rex Eadwardus paulatim ægrotare cœpit. In Nativitate vero Domini curiam suam, ut potuit, Lundoniæ tenuit, et ecclesiam, quam ipse a fundamentis construxerat, die Sanctorum Innocentium [28 Dec.], in honorem Sancti Petri Apostolorum principis, cum magna gloria dedicari fecit.[2]

who goes to Flanders.

The abbey of Westminster dedicated.

A. D. 1066. Anglorum decus, pacificus rex Eadwardus, Ægelredi regis filius, postquam XXIII. annis, mensibus VI., et XXVII. diebus, potestate regia præfuit Anglo-Saxonibus, indictione IV., Epiphaniæ Domini vigilia [5 Jan.], feria V., mortem obiit Lundoniæ, et in crastino sepultus regio more,[3] ab omnibus qui tunc affuere non sine lachrymis plangebatur amarissime. Quo tumulato, subregulus Haroldus, Godwini ducis filius, quem rex ante suam decessionem regni successorem elegerat, a totius Angliæ primatibus ad regale culmen electus, die eodem ab Aldredo Eboracensi archiepiscopo in regem est honorifice consecratus; qui mox ut regni gubernacula susceperat, leges iniquas destruere, æquas cœpit condere, ecclesiarum ac monasteriorum patronus fieri, episcopos, abbates, monachos, clericos colere simul ac venerari, pium, humilem, affabilemque se bonis omnibus exhibere, malefactores exosos habere; nam ducibus, satrapis, vicecomitibus, et suis in commune præcepit ministris, fures, raptores, regni disturbatores comprehen-

Death of king Eadweard the Confessor.

Harold elected king.

His just administration.

---

[1] *Sanctum Audomarum.*] St. Omer's.

[2] Sax. Chron., though with fewer particulars.

[3] Sax. Chron.

dere, et pro patriæ defensione ipsemet terra marique desudare. Eodem anno VIII. kal. Maii [24 Apr.], stella cometes non solum in Anglia, sed etiam, ut fertur, per totum mundum visa, per VII. dies splendore nimio fulgebat.[1] Non multo post, comes Tostius de Flandria rediens, ad Vectam Insulam applicuit; et postquam insulanos sibi tributum et stipendium solvere coegerat, discessit, et circa ripas maris, donec ad Sandicum portum veniret, prædas exercuit. Quo cognito, rex Haroldus, qui tunc Lundoniæ morabatur, classem non modicam et equestrem exercitum congregari præcepit: ipse vero Sandicum portum adire parabat. Quod dum Tostio nuntiatum fuisset, de butsecarlis quosdam volentes, quosdam nolentes, secum assumens, recessit, et cursum ad Lindesegiam direxit, in qua villas quamplures incendit, multosque homines neci tradidit. His cognitis, dux Merciorum Edwinus, et Northhymbrorum comes Morkarus cum exercitu advolant, illumque de regione ipsa extrudunt: ille autem inde discedens, regem Scottorum Malcolmum adiit, et cum eo per totam æstatem mansit. Interea rex Haroldus ad Sandicum portum venit, ibique classem suam expectavit. Quæ cum fuisset congregata, Vectam Insulam adiit; et quia Nortmannorum comes Willelmus, Eadwardi regis consobrinus, in Angliam cum exercitu venire parabat, tota æstate et autumno adventum illius observabat: ad hæc etiam pedestrem exercitum locis opportunis circa ripas maris locabat. Adveniente itaque Nativitate Sanctæ Mariæ [8 Sept.], victu deficiente, et classicus et pedestris exercitus domum rediit. Quibus gestis, cum classica manu pervalida, sci-

A comet.

Tostig plunders the Isle of Wight and Sandwich.

He goes to Lindsey,

and thence to Scotland.

Harald king

[1] Sax. Chron.

of Norway invades England: licet plus quingentis magnis navibus, Haroldus Harvagra[1] rex Norreganorum, frater[2] sancti regis Olavi, in ostio Tinæ fluminis improvise applicuit; ad quem comes Tostius, ut prius condixerant, sua cum classe venit, et citato cursu ostium Humbræ fluminis intraverunt, et sic adversus cursum Usæ fluminis navigantes, in loco qui Richale dicitur applicuerunt. Quod ubi regi Haroldo innotuit, versus Northhymbriam expeditionem propere movit. Sed priusquam rex illuc veniret, duo germani comites, videlicet Edwinus et Morkarus, cum ingenti exercitu in vigilia S. Matthæi Apostoli [20 Sept.], feria IV., in boreali ripa Usæ fluminis, juxta Eboracum, cum Norreganis prœlium commisere, et in primo belli impetu viriliter pugnantes, multos prostravere. At postquam diu certatum est, Angli Norreganorum impetum non sufferentes, haud sine parvo detrimento suorum, terga dedere; multoque plures ex illis in fluvio demersi fuere quam in acie cecidere. Norregani vero loco dominantur funeris, et obsidibus CL. de Eboraca sumptis, ad naves repedarunt, relictis in ea de suis CL. obsidibus. Verum quinto post hæc die, id est, VII. kal. Octobris [25 Sept.], feria secunda, rex Anglorum Haroldus, multis millibus pugnatorum, armis bellicis instructorum, Eboracum veniens, et Norreganis in loco qui Stanford-brycge dicitur occurrens, in ore gladii regem Haraldum comitemque Tostium, cum majori parte sui exercitus, occidit, ac plenam victoriam, licet acerrime pugnatum fuisset, habuit. Filium autem ejus Olavum, et comitem de Orcada insula, Paulum nomine, qui ad naves custodiendas cum exercitus

(Margin notes: defeats Eadwine and Morkere. — Battle of Stamfordbridge.)

---

[1] *Harvagra.*] See p. 200, *note* [4].

[2] *Frater.*] He was half-brother only of St. Olaf, on the mother's side.

parte fuerant dimissi, acceptis prius ab eis obsidibus et sacramentis, cum XX. navibus et reliquiis exercitus, in patriam redire libere permisit.[1]

Landing of William of Normandy.

Interea dum hæc agerentur, et rex omnes suos inimicos autumaret detritos fuisse, nuntiatum est ei, Willelmum comitem gentis Normannicæ cum innumera multitudine equitum, fundibaliorum, sagittariorum, peditumque advenisse, utpote qui de tota Gallia sibi fortes auxiliarios conduxerat, et in loco qui Pefnesea dicitur suam classem appulisse. Unde rex statim versus Lundoniam suum movit exercitum magna cum festinatione; et licet de tota Anglia fortiores quosque in prœliis duobus bene sciret jam cecidisse, mediamque partem sui exercitus nondum convenisse, quam citius tamen potuit, in Suth-Saxonia suis hostibus occurrere non formidavit, et novem miliariis ab Heastinga, ubi sibi castellum firmaverant, priusquam tertia pars sui exercitus ordinaretur, XI. kal. Novembris [22 Oct.], Sabbato, cum eis prœlium commisit: sed quia arto in loco constituti fuerant Angli, de acie se multi subtraxere, et cum eo perpauci constantes corde remansere: ab hora tamen diei tertia usque noctis crepusculum suis adversariis restitit fortissime, et se ipsum pugnando tam fortiter defendit et tam strenue, ut vix ab hostili interimi posset agmine. At postquam ex his et illis quamplurimi corruere, heu, ipsemet cecidit crepusculi tempore. Comites etiam Gyrth et Leofwinus fratres illius cecidere, et fere nobiliores totius Angliæ; Willelmus vero comes cum suis Heastingam rediit.[2] Regnavit autem Ha-

Battle of Hastings.

[1] Sax. Chron., though apparently from a MS. no longer in existence.

[2] *Heastingam rediit.*] For fuller particulars of the battles of Stamford Bridge and Hastings,

roldus mensibus IX. et diebus totidem: cujus morte audita, comites Edwinus et Morkarus, qui se cum suis certamini subtraxere, Lundoniam venere, et sororem suam Aldgitham reginam sumptam ad Civitatem Legionum[1] misere. Aldredus autem Eboracensis archiepiscopus, et iidem comites cum civibus Lundoniensibus et butsecarlis, clitonem Eadgarum, Eadmundi Ferrei Lateris nepotem, in regem levare voluere, et cum eo se pugnam inituros promisere; sed dum ad pugnam descendere multi se paravere, comites suum auxilium ab eis retraxere, et cum suo exercitu domum redierunt.

William ravages the country.

Interea comes Willelmus Suth-Saxoniam, Cantiam, Suthamtunensem provinciam, Suthregiam, Middel-Saxoniam, Heortfordensem provinciam devastabat, et villas cremare, hominesque interficere non cessabat, donec ad villam quæ Beorcham nominatur, veniret, ubi Aldredus archiepiscopus, Wulstanus Wigornensis episcopus, Walterus Herefordensis episcopus, clito Eadgarus, comites Edwinus et Morkarus, et de Lundonia quique nobiliores, cum multis aliis, ad eum venerunt, et, datis obsidibus, illi deditionem fecerunt, fidelitatemque juraverunt; cum quibus et ipse fœdus pepigit, et nihilominus exercitui suo villas cremare et rapinas agere permisit. Appropinquante igitur Dominicæ Nativitatis festivitate, cum omni exercitu Lundoniam, ut ibi in regem sublimaretur, adiit; et quia Stigandus, primas totius Angliæ, ab apostolico papa calumniatus est pallium non suscepisse canonice, ipsa Nativitatis die, quæ illo anno feria secunda evenit, ab

Many prelates and nobles submit to him.

He is crowned at Westminster.

see Lappenberg's England, II. pp. 276—304, and the authorities there cited.

[1] *Civitatem Legionum.*] Chester.

Aldredo Eboracensium archiepiscopo in Westmonasterio consecratus est honorifice, prius, ut idem archipræsul ab eo exigebat, ante altare Sancti Petri Apostoli, coram clero et populo jurejurando promittens, se velle sanctas Dei ecclesias ac rectores illarum defendere, necnon et cunctum populum sibi subjectum juste et regali providentia regere, rectam legem statuere et tenere, rapinas injustaque judicia penitus interdicere.

NOMINA ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM ANGLIÆ.

CANTIA.

NOMINA ARCHIEPISCOPORUM DORUBERNENSIS ECCLESIÆ.

I. Augustinus.
II. Laurentius.
III. Mellitus.
IV. Justus.
V. Honorius.
VI. Deusdedit.
VII. Theodorus.
VIII. Berhtwaldus.
IX. Tatwinus.
X. Nothelmus.
XI. Cuthberhtus.
XII. Breogwinus.
XIII. Iaenberhtus.
XIV. Æthelhardus.
XV. Wulfredus.
XVI. Feologildus.
XVII. Ceolnothus.
XVIII. Ætheredus.
XIX. Pleigmundus.
XX. Æthelmus.
XXI. Wulfhelmus.
XXII. Odo.
XXIII. Dunstanus.
XXIV. Æthelgarus.
XXV. Sigericus.
XXVI. Alfricus.
XXVII. Ælfegus.
XXVIII. Livingus.
XXIX. Æthelnothus.
XXX. Eadsius.
XXXI. Rodbertus.
XXXII. Stigandus.

NOMINA EPISCOPORUM HROFENSIS ECCLESIÆ.

I. Justus.
II. Romanus.
III. Paulinus.
IV. Ithamarus.
V. Damianus.
VI. Putta.
VII. Cuichelmus.
VIII. Gebmundus.
IX. Tobias.
X. Aldulfus.
XI. Dunn.
XII. Eardwlfus.
XIII. Diora.
XIV. Wermundus.

xv. Beornmodus.
xvi. Burhricus.
xvii. Ælfstanus.
xviii. Godwinus.
xix. Godwinus.
xx. Siwardus.

EAST-SAXONIA.

NOMINA EPISCOPORUM LUNDONIENSIS ECCLESIÆ.

i. Mellitus.
ii. Cedd.
iii. Wine.[1]
iv. Erconwaldus.
v. Waldhere.
vi. Incwaldus.
vii. Ecgwlfus.
viii. Wighehus.[2]
ix. Eadbrihtus.
x. Eadgarus.
xi. Coenwalchus.
xii. Eadbaldus.
xiii. Heathoberhtus.
xiv. Osmundus.
xv. Æthelnothus.
xvi. Ceolberhtus.
xvii. Ceorulfus.
xviii. Swithulfus.
xix. Heahstanus.
xx. Wulfsius.
xxi. Æthelwardus.
xxii. Ealhstanus.
xxiii. Theodredus.
xxiv. Wulfstanus.
xxv. Brihthelmus.
xxvi. Dunstanus.
xxvii. Alfstanus.
xxviii. Wulfstanus.
xxix. Ælfhunus.
xxx. Ælfwius.
xxxi. Alfwardus.
xxxii. Rodbertus.
xxxiii. Willelmus.

EAST-ANGLIA.

Christianissimo rege East-Anglorum Sigeberto regnante, Fœlix episcopus, genere Burgundus, East-Anglos ad fidem Christi convertit: et primus illorum præsul existens, in civitate Dommocensi[3] sedem episcopatus accepit.

---

[1] *C. omit.* [2] Wighedus. *Editt.* [3] Dunwich.

NOMINA EPISCOPORUM EAST-ANGLORUM.

I. Fœlix.

II. Thomas.

III. Berhtgils, qui et Bonifacius.

IV. Bisi.

Postea East-Anglia in duas parochias dividitur.

NOMINA EPISCOPORUM ELMAMENSIUM.

I. Beadwine.
II. Northbertus.
III. Heatholacus.
IV. Æthelferthus.
V. Lanferthus.
VI. Æthelwlfus.
VII. Hunferthus.
VIII. Sibba.
IX. Hunferthus.
X. Hunbyrhtus.

NOMINA EPISCOPORUM DOMMOCENSIUM.

I. Æcce.
II. Æscwlfus.
III. Eardredus.
IV. Cuthwinus.
V. Aldberhtus.
VI. Ecglafus.
VII. Heardredus.
VIII. Ælfhunus.
IX. Tidferthus.[1]
X. Wermundus.
XI. Wilredus.

Tempore Ludecan, regis Merciorum, et Ecgberti, regis West-Saxonum, Hunbyrhtus et Wilredus East-Anglorum gesserunt præsulatum.

XII. Athulfus. Hic regis Eadwii tempore East-Angliæ præsulatum solus rexit; eodemque modo illius successores.
XIII. Ælfricus.
XIV. Theodredus.
XV. Theodredus.
XVI. Æthelstanus.
XVII. Ælgarus.
XVIII. Ælwinus.
XIX. Ælfricus.
XX. Ælfricus.
XXI. Stigandus. Sed statim ejectus est. Pro quo
XXII. Grimkitelus pro auro electus.[2] Habuit duas parochias tunc, Australium Saxonum et Orientalium Anglorum: sed ille postmodum ejectus est, et
XXIII. Stigandus receptus est.
XXIV. Ægelmarus, frater Stigandi.

---

[1] *C. L.* and *Editt.* Hidferthus, *CC. V.* Tidferthus, recte. See Cod. Diplom. I. pp. 211, 214.

[2] *Pro auro electus.*] See p. 193, *note* [2].

SUTH-SAXONIA.

Wilfridus Australes Saxones, rege Coenwalcho regnante, ad fidem Christi convertit, et illis in partibus annis quinque officium episcopatus exercuit. Vectæ quoque Insulæ Verbi ministros destinavit.

NOMINA EPISCOPORUM AUSTRALIUM SAXONUM.

I. Wilfridus.

NOMINA EPISCOPORUM SEOLESIENSIS ECCLESIÆ.

II. Eadberhtus.

Hic erat abbas monasterii sancti Wilfridi episcopi, quod dicitur Sælesig. Postea, ut decretum est synodali decreto, provinciæ Australium Saxonum, quæ eatenus ad civitatis Wentanæ, cui tunc Daniel præerat, parochiam pertinebat, post Wilfridum pontificiali jure præficitur.

III. Eolla.
IV. Sicgga.
V. Aluberhtus.
VI. Osa.
VII. Gislherus.
VIII. Tota.
IX. Wiohthunus.
X. Æthelwlfus.
XI. Cenredus.
XII. Gutheardus.
XIII. Ælfredus.
XIV. Eadhelmus.
XV. Æthelgarus.
XVI. Ordbyrhtus.
XVII. Ælmarus.
XVIII. Æthelricus.
XIX. Grimkytelus.
XX. Heca.

WEST-SAXONIA.

SUTHREIA. BARROCIA.[1] SUTHAMTONIA. WILSETANIA. DORSETANIA. SUMORSETANIA. DOMNANIA.[2]

Sanctus Birinus primus Occidentalium Saxonum præsul extitit. Is, ab Honorio papa missus, Angliam venit, et Cynegilsum regem cum sua gente ad fidem convertens, baptizavit, ac solus

[1] Berkshire. [2] Devon.

West-Saxoniam pontificali jure rexit, habens sedem episcopalem in civitate Dorcica.[1]

NOMINA PRÆSULUM DORCACESTRENSIS ECCLESIÆ.

I. Birinus.

II. Ægelberhtus.

NOMINA PRÆSULUM WENTANÆ CIVITATIS.

III. Wine.

Tempore Ægelberhti episcopi, Coenwalchius rex West-Saxoniam in duas parochias divisit: unde Ægelberhtus graviter offensus, dimisso præsulatu, in Galliam rediit, et Wine ambas parochias jure pontificali rexit; sed paulo post ab ipso rege præsulatu pulsus, Lundoniæ civitatis episcopatum accepit.

IV. Leutherius.

Leutherius episcopatum Gewissorum solus rexit.

V. Headdi.

Sanctus Headdi Gewissorum[2] episcopatum solus gessit. Quo defuncto, præsulatus illius provinciæ in duas parochias, rege West-Saxonum Ine regnante, et Brihtwaldo Doruberniæ archiepiscopo, Hwicciorumque præsule Ecgwino pontificantibus, est divisus. Una data est Daniheli, altera Aldelmo, ejusdem regis propinquo.

VI. Daniel.

VII. Hunfrithus.

VIII. Cynehardus.

IX. Æthelhardus.

X. Ecgbaldus.

XI. Dudd.

XII. Cyneberhtus.

XIII. Alhmundus.

XIV. Wigtheinus.

XV. Herefrithus.

XVI. Eadmundus.

XVII. Helmstanus.

XVIII. Suithunus.

XIX. Alhfrithus.

XX. Denewlfus.

XXI. Frithestanus.

XXII. Byrnstan.

XXIII. Ælpheagus Calvus.

XXIV. Ælfsius.

XXV. Æthelwaldus.

XXVI. Ælpheagus martyr.

XXVII. Kenulfus.

XXVIII. Athelwoldus.

XXIX. Alfsius.

XXX. Alfwinus.

XXXI. Stigandus.

---

[1] Dorchester.

[2] Of the West-Saxons.

Rex Anglorum Eadwardus Primus, et archipræsul Doruberniæ Pleigmundus, salubri consilio invento, singulis tribubus Gewissorum singulos constituentes episcopos, singulis episcopia constituerunt, et quod dudum duo habuerunt, in v. diviserunt. Quibus gestis, Pleigmundus in civitate Dorubernia septem episcopos septem ecclesiis in una die consecravit: Frithestanum ad ecclesiam Wintoniensem, Æthelstanum ad ecclesiam Corvinensem,[1] Werstanum ad ecclesiam Sciréburnensem, Æthelhelmum ad ecclesiam Fontanensem,[2] Eadulfum ad ecclesiam Cridiatunensem;[3] Australibus Saxonibus Bernethum, et Merciis Australibus Coenulfum, ad civitatem quæ vocatur Dorceaster.[4]

NOMINA PRÆSULUM SUNNUNGNENSIS[5] ECCLESIÆ.

I. Æthelstanus.

II. Odo.

Hic vir sanctus post Wulfhelmum Doruberniæ suscepit archipræsulatum.

III. Osulfus.

IV. Ælfstanus.

V. Alfgarus.

VI. Sigericus.

VII. Alfricus.

Hi ambo extiterunt archiepiscopi Doruberniæ.

VIII. Byrhtwoldus.

IX. Heremannus.

Hic præsulatum Scireburnensem ab Eadwardo rege acquisitum episcopatui suo copulavit, et cathedram pontificalem utrorumque episcopatuum Scireburnæ sibi constituit; sed rege Willelmo seniore regnante, synodali auctoritate ac ejusdem regis munificentia, inde ad Searesbyriam sedem suam mutavit.

---

[1] Cornubiensem. W. Malm.

[2] Of Wells.

[3] Of Crediton.

[4] For the chronological difficulties attending this act of king Edward the Elder and archbishop Pleigmund, see Mr. Hardy's note to Malmesbury, p. 203, and Lingard, A. S. Church, I. p. 89.

[5] *Sunnungnensis.*] Sunning near Reading, a seat of the bishops of Wilton, and where until recently the bishops of Salisbury had a house.

NOMINA PRÆSULUM SCIREBURNENSIS ECCLESIÆ.

I. Aldelmus.

Sanctus Aldelmus, Inæ regis West-Saxonum amantissimi propinquus, citharædus erat optimus, Saxonicus atque Latinus poeta facundissimus, cantor peritissimus, doctor egregius, sermone nitidus, scripturarum tam liberalium quam ecclesiasticarum eruditione mirandus. Extitit enim primo docti viri Maildulfi, dein archipræsulis Theodori, et ejus cooperatoris abbatis Adriani discipulus. Hic, cum adhuc esset abbas Maildulfi urbis, scripsit librum egregium adversus errorem Britonum, cujus lectione multos eorum ad catholicam Dominicæ Paschæ celebrationem perduxit. Scripsit et alia nonnulla, utpote vir undecunque doctissimus.

II. Forthhere.

III. Herewald.

IV. Æthelmod.

V. Denefrith.

VI. Wigberht.

VII. Alhstan.

VIII. Heahmund.

IX. Æthelheagus.

X. Alfsius.

XI. Asser.

XII. Æthelwardus.

XIII. Werstanus.

XIV. Æthelbald.

XV. Sighelm.

XVI. Alfredus.

XVII. Alfsius.

XVIII. Alfwold.

XIX. Æthelricus.

XX. Æthelsius.

XXI. Brihtwinus.

XXII. Ælmarus.

XXIII. Byrhtwinus.

XXIV. Ælfwoldus.

NOMINA PRÆSULUM FONTANENSIS ECCLESIÆ.

I. Æthelmus.

II. Wulfhelmus.

Horum uterque archiepiscopus extitit Doruberniæ.

III. Ælfeagus.

IV. Wulfhelmus.

V. Brihthelmus.

VI. Cynewardus.

VII. Sigarus.

VIII. Alfwinus.

IX. Livingus.

X. Æthelwinus.

Hic prius Eoveshamnensis extitit abbas.

XI. Byrhtwinus.

XII. Byrhtwius.

XIII. Dodeca,[1] genere Saxonicus.

XIV. Gisa.

[1] *Dodeca.*] All the copies, both manuscript and printed, agree in calling this prelate Bodeca; but in a charter of Edward the Con-

NOMINA PRÆSULUM CRIDIATUNENSIS ECCLESIÆ.

I. Eadulfus.
II. Æthelgarus.
Hic Sancto Dunstano successit in archiepiscopatu.
III. Alfwoldus.
IV. Sidemannus.
V. Alfricus.
VI. Alfwoldus.
VII. Alfwoldus.
VIII. Eadnothus.
IX. Livingus.
Hic, defuncto Brihtwaldo suo avunculo, Cornubiensem præsulatum, rege Eadwardo permittente, Domnaniensi coadunavit episcopatui.
X. Leofricus.

HECANA.

NOMINA PRÆSULUM MAGESETENSIUM[1] SIVE HEREFORDENSIUM.

I. Putta.
II. Tyrhtel.
III. Torhthere.
IV. Wahlstod.
V. Cuthberhtus.
VI. Podda.
VII. Ecca.
VIII. Ceadda.
IX. Aldberhtus.
X. Esne.
XI. Ceolmundus.
XII. Utel.
XIII. Wlfhardus.
XIV. Beonna.
XV. Eadwlfus.
XVI. Cuthwlf.
XVII. Mucel.
XVIII. Deorlafus.
XIX. Cynemundus.
XX. Eadgarus.
XXI. Tidhelmus.
XXII. Wlfhelmus.
XXIII. Alfricus.
XXIV. Athulfus.
XXV. Æthelstanus.
XXVI. Leovegarus.
XXVII. Walterus.

---

fessor his name appears Latinized into Doduca; in one of Ægelwine it is written (as in Florence, a. 1060) Duduc. See Cod. Diplom. IV. pp. 135, 141.

[1] The Magesætas were identical with the inhabitants of the Hwiccas, or Worcestershire; the Hecanas with Herefordshire.

HWICCIA.

DE PONTIFICALI SEDE, QUOMODO PRIMITUS STATUTA SIT WIGORNIÆ.

Egregio Merciorum regi Wlfario, qui regum totius Merciæ fidem Christi primus suscepit, germanus suus gloriosus rex sanctus Æthelredus in regnum successit, cui Hwicciorum subregulus Osherus, vir multum laudabilis, Hwicciam, cui dignitate præsidebat regia, proprii antistitis dignitate honorari sublimarique desiderans regimine, consilium dedit utile, rogavitque summopere quatinus suum, quod tunc cæteris regnis præminebat Angliæ, pluribus antistitibus decoraret venustius, ac honoraret sublimius, sicut quosdam reges Angliæ noverat olim fecisse. Qui cum prius id idem faciendi magno flagraret desiderio, mox ejus suasionibus salubribusque consiliis acquievit, et archipræsule Doruberniæ Theodoro ad se accersito, rogavit ut, regno suo plures in parochias diviso, episcopos locis constitueret opportunis. Ille autem utile satis regis votum gratanter approbans, quod rogabatur sine dilatione maturavit explere, itaque diœcesim, cui tunc Saxwlfus pontificali regimine præfuit, cum consensu ejusdem regis ac principum illius, in quinque parochias divisit, anno ab Incarnatione Domini secundum Evangelium DCC.I., juxta Dionysium (cujus errorem adhuc sancta sequitur ecclesia) anno[1] DC.LXXIX. Et quia civitas Wigornia, tempore quo regnabant Brytones vel Romani in Brytannia, et tunc et nunc totius Hwicciæ vel Magesetaniæ metropolis extitit famosa, cathedram erexit pontificalem digniter in

---

[1] *Secundum . . . . anno.*] *C. omit.*

ea, parochiarum jam divisarum primam constituens Hwicciam; ad quam de monasterio Hild abbatissæ vir strenuissimus ac doctissimus Tatfrithus electus est antistes; sed priusquam ordinari posset, morte præreptus est immatura.

II. Secundam autem illam, quæ pertinet ad episcopatum Licetfeldensem, cui virum religiosum ac modestum Cuthwinum præfecit.

III. Tertiam vero Mediterraneam Angliam, in qua prædictus episcopus Saxwlfus, quia ita sibi placuit, resedit, pontificali cathedra illi constituta in civitate Leogera.[1]

IV. Quartam denique Lindissim provinciam,[2] cui præposuit virum sanctum Æthelwinum, germanum sancti Aldwini, abbatis monasterii quod Partaneum nuncupatur; statuens ei episcopalem sedem in civitate, quæ vocabatur Syddena.[3]

V. Quintam vero constituit Suth-Angliam, ad quam de præfato monasterio Hild abbatissæ, singularis meriti et sanctitatis virum Ætlam[4] elegit antistitem, eique præsulatus sedem in loco qui vocatur Dorkacestre constituit. Porro pro Tatfritho venerabilis vir Bosel electus, ab ipso Theodoro sicut et cæteri ordinatus est episcopus, habens episcopalem sedem in prædicta civitate Wigorna, quæ tunc temporis altis muris et mœnibus pulcris decorata, multis urbibus clarior extitit atque sublimior.

NOMINA PRÆSULUM HWICCIORUM.

I. Bosel.	IV. Wilfridus.
II. Oftfor.	V. Milredus.
III. Ecgwinus.	VI. Wermundus.

[1] Leicester. [2] Lindsey.

[3] Sidnacester. Its locality is unknown.

[4] *Ætlam.*] So Beda, H. E. IV. 23. His name is also written Hedda and Eata. See R. Wendover, I. p. 172, and R. Higden, p. 241.

VII.	Tilherus.	XVI.	Dunstanus.
VIII.	Heathoredus.	XVII.	Oswaldus.
IX.	Deneberhtus.	XVIII.	Aldulfus.
X.	Heaberhtus.	XIX.	Wlstanus.
XI.	Alhwinus.	XX.	Leofsius.
XII.	Wereferthus.	XXI.	Brihteagus.
XIII.	Æthelhunus.	XXII.	Lifingus.
XIV.	Wilferhtus.	XXIII.	Aldredus.
XV.	Kinewoldus.	XXIV.	Wlstanus.

MERCIA.

Interfecto pagano rege Merciorum Penda, cum Oswiu rex Christianus regnum ejus acciperet, et gentem Merciorum finitimarumque provinciarum anno Dominicæ Incarnationis DC.LVI. ad fidem Christi convertit, factus est Diuma primus episcopus Merciorum, Mediterraneorum Anglorum, Lindisfarorum,[1] contiguarumque provinciarum; secundus Ceollachus, uterque Scottus; tertius Trumherus, sub rege Wlfero primus; quartus Gearomon; quintus Ceadda, cujus pontificalis sedes extitit in loco qui vocatur Licetfeld, ubi sequentium quoque provinciæ illius episcoporum sedes fuit; sextus Wynfrithus; septimus Saxulfus: hi quinque Angli extitere.

I.	Diuma.	III.	Trumherus.
II.	Ceollah.	IV.	Gearomon.

NOMINA EPISCOPORUM LICETFELDENSIUM.

V.	Ceadda.	VIII.	Headda.
VI.	Wynfrithus.	IX.	Aldwinus, qui et Wor.
VII.	Saxulfus.		

Post Saxulfum provincia Merciorum duos episcopos habuit, Headdam et Wilfridum.[2]

Iterum dividitur in duas parochias.[3]

I. Huita.

[1] The Lindisfaras were the people of Lindissig or Lindsey.

[2] Headda at Lichfield, and Wilfrith at Leicester. On the expulsion of Wilfrith the dioceses were again united under Headda.

[3] Huita at Lichfield, and Totta at Leicester. See next page.

II. Hemele.
III. Cuthfrithus.
IV. Berhtunus.
V. Hygberhtus.
VI. Aldwlfus.
VII. Herewinus.
VIII. Oithelwaldus.
IX. Hunberhtus.
X. Cyneferthus.
XI. Tunbrihtus.
Hic episcopatum gessit tempore regis Merciorum Burhredi, et regis West-Saxonum Ælfredi.
XII. Ælle,
qui et Ælfwinus. Hic præsulatum gessit tempore Æthelstani regis totius Angliæ.
XIII. Ælfgarus.
XIV. Cynsius.
XV. Wynsius.
XVI. Ælfegus.
XVII. Godwinus.
XVIII. Leofgarus.
XIX. Brihtmarus.
XX. Wulsius.
XXI. Leofwinus.

MID-ANGLIA.

NOMINA EPISCOPORUM LEOGERENSIUM.[1]

I. Cuthwinus.
II. Wilfridus.
Hagustaldensis episcopus Wilfridus præsulatu pulsus, Leogerensem episcopatum, Æthelredo rege concedente, suscepit: sed post aliquot annos ejicitur, et Headda rexit ambas parochias. Deinde Aldwinus similiter.
III. Aldwinus.
I. Totta.[2]
II. Eadberhtus.
III. Unwona.
IV. Werenberhtus.
V. Rethhunus.
VI. Aldredus.
VII. Ceolredus.
Hic pontificatum gessit tempore regis Merciorum Burhredi, et regis West-Saxonum Ælfredi.
VIII. Leofwinus.
Hic duas parochias, Leogerensem, scilicet, et Lindisfarorum in unum coadunatas, tempore regis Anglorum Eadgari rexit.
IX. Ælnothus.
X. Æscwius.
Hujus adminiculo et administratione S. Oswaldus Ramesiense cœnobium, quod ipse et dux East-

---

[1] Leicester was made an episcopal see by archbishop Theodore, at the Council of Hatfield in 680.

[2] Totta, though here accounted as the first bishop of Leicester, can be regarded as such only after the second separation of that see from Lichfield.

Anglorum Ægelwinus a fundamentis construxerant, consecravit.

XI. Alfhelmus.

XII. Eadnothus.

XIII. Æthericus.

XIV. Eadnothus.

XV. Ulf.

Sed postmodum ejectus.

XVI. Wulfwius.

LINDISSIS.

Rex Northanhymbrorum Ecgfrithus, fugato in bello rege Merciorum Wlfero, provinciam Lindissim obtinuit, et inde Saxulfum episcopum expulit: in cujus locum, anno Dominicæ Incarnationis DC.LXXVIII., primus ad eandem provinciam ab archiepiscopo Theodoro proprius ordinatus est episcopus Eathedus regis Ecgfrithi capellanus. Sed quia anno sequenti Merciorum rex Æthelredus bellica sorte provinciam recuperavit, dimisso præsulatu, in Northhymbriam rediit, et post a Theodoro archiepiscopo, Ripensi ecclesiæ[1] præficitur. Cujus post discessum rex Æthelredus, Oshero Hwicciorum rege suggerente, Theodorum archiepiscopum rogavit, ut regno suo plures in parochias diviso, episcopos locis constitueret opportunis; cujus ille votum gratanter approbavit, et præsulatum Seaxulfi in V. parochias divisit, quibus sextam adjecit.

NOMINA PRÆSULUM LINDISFARORUM.

I. Eathedus.

II. Æthelwinus.

III. Eadgarus.

IV. Cynebyrhtus.

V. Alowiochus.

VI. Ealdwlfus.

VII. Ceolwlfus.

VIII. Eadwlfus.

IX. Brihtredus.

Iste episcopatum gessit tempore regis Merciorum Burhredi, et regis West-Saxonum Ælfredi.

---

[1] Of Ripon.

DEIRA.

NOMINA ARCHIEPISCOPORUM ET EPISCOPORUM NORTHYMBRANÆ GENTIS.

DE SANCTO PAULINO.

Vir Deo dilectus Paulinus, a Justo archiepiscopo ordinatus episcopus, regem Northymbrorum Edwinum cum tota gente sua ad fidem Christi convertit, in Eboraco episcopali sede accepta. At rege interfecto, rebusque Northymbrorum turbatis, Cantiam navigio rediit, atque ab Honorio archiepiscopo et rege Eadbaldo honorifice susceptus, eorum invitatione præsulatum Hrofensis ecclesiæ, mortuo Romano, suscepit; in qua moriens, pallium, quod ab Honorio papa susceperat, reliquit.

NOMINA ARCHIEPISCOPORUM EBORACENSIUM.

I. Paulinus.

II. Ceadda.

S. Ceadda tribus annis ecclesiam Eboracensem regens, ad monasterii sui, quod Lastingaig[1] dicitur, curam secessit, Wilfrido Eboracensis ecclesiæ, necnon et omnium Northanhymbrorum sed et Pictorum episcopatum administrante. Quo a rege Ecgfrido præsulatu pulso, Bosa ad Eboracensem, Eata ad Hagustaldensem[2] ecclesiam a Theodoro archiepiscopo in locum ejus consecrati sunt episcopi: quorum numero, post tres annos abscessionis Wilfridi, duos addidit antistites: ad ecclesiam Hagustaldensem Tunberhto remanente, Eata ad Lindisfarnensem, et Trumwine ad provinciam Pictorum. Eathedum vero de Lindissi reversum Ripensi ecclesiæ præfecit. Tunberhto deposito, Eata ad sedem Hagustaldensem revertitur: et Cuthbertus Lindisfarnensi ecclesiæ præficitur. Defuncto Eata, Johannes pro eo ordinatur. Post longum vero exilium, Wilfridus iterum in episcopatum Hagustaldensem recipitur. Johannes vero, defuncto Bosa, Eboraci substituitur.

III. Bosa.

IV. Johannes.

---

[1] Lastingham, near Whitby.

[2] Hagustald, now Hexham.

v. Wilfrid.
vi. Ecgbert.
vii. Coena.
viii. Eanbald.
ix. Eanbald.
x. Wlfsius.
xi. Wigmundus.
xii. Wlfherus.
xiii. Æthelbaldus.
xiv. Rodewardus.
xv. Wlstanus.
xvi. Oscytellus.
xvii. Oswaldus.
xviii. Aldulfus.
xix. Wlstanus.
xx. Ælfricus.
xxi. Kinsius.
xxii. Aldredus.

NOMINA EPISCOPORUM RIPENSIUM.

i. Eathed.

HAGUSTALDENSIUM.

i. Wilfrid.
ii. Eata.
iii. Tunberht.
iv. Eata.
v. Johannes.
vi. Wilfrid.
vii. Acca.
viii. Friotheberhtus.
ix. Alhmundus.
x. Tilberhtus.
xi. Æthelberhtus.
xii. Heardredus.
xiii. Eanberhtus.
xiv. Tidferthus.

BERNICIA.

DE SANCTO AIDANO.

Sanctus Aidanus a Scottis episcopus ordinatus ac missus, provinciis quibus regnavit rex Oswaldus verbum fidei prædicavit, et ab ipso rege in insula Lindisfarnensi sedem episcopalem, ut petebat, accepit. Quo de hac vita sublato, Finan pro illo gradum episcopatus, a Scottis ordinatus ac missus, accepit; quo defuncto, Colmanus in episcopatum successit, et ipse missus a Scottis; quo episcopatu dimisso, ac patriam re-

verso, Tuda, qui et ipse præsul a Scottis ordinatus, pro illo pontificatum suscepit; quo de hoc mundo rapto, episcopatus in duas parochias dividitur: Ceadda ad Eboracensem, Wilfridus ad Hagustaldensem ecclesiam ordinatur.

NOMINA EPISCOPORUM LINDISFARNENSIUM.

I. Aidan.
II. Finan.
III. Colman.
IV. Tuda.
V. Eata.
VI. Cuthberht.
VII. Eadberht.
VIII. Eadferth.
IX. Æthelwold.
X. Cinewlfus.
XI. Hygbaldus.
XII. Ecgberhtus.
XIII. Eardulfus.
XIV. Cuthheard.
XV. Tilredus.
XVI. Wigredus.
XVII. Uhtredus.
XVIII. Sexhelm.
XIX. Aldredus.
XX. Alsius.
XXI. Aldhunus.
XXII. Eadmundus.
XXIII. Edredus.
XXIV. Ægelricus.
XXV. Ægelwinus.

TERRA PICTORUM GENTIS.

NOMINA EPISCOPORUM CANDIDÆ CASÆ.[1]

I. Trumwine.
II. Pehthelmus.
III. Frithowaldus.
IV. Pehtwinus.
V. Æthelberhtus.
VI. Beadwlfus.
VII. Heathoredus.

[1] Whiterne in Galloway.

INCIPIT REGALIS PROSAPIA ANGLORUM,

DESCENDENS A SETH.

SETH.
Beadwi.
Wala.
Hathra.
Itermod.
Heremod.
Sceadwala.
Beaw.
Cetwa.
Geta.
Godwlf.
Finn.
Frithowlf.
Frealaf.
Frithewald.
WODEN.

WEHTA, ab hoc regum Cantwariorum propago.	CASERE, ab hoc regum East-Anglorum prosapia.	SEAXNETE, ab hoc regum East-Saxonum progenies.	WEOTHELGEAT, ab hoc regum Merciorum progenies.	WEAGDEAG, ab hoc regum Deiorum genealogia.	BEALDEAG, ab hoc regum West-Saxonum et Berniciorum propago.	WINTA, ab hoc Lindisfarorum prosapia.

INCIPIT REGALIS PROSAPIA ANGLORUM,

DESCENDENS A WODEN.

GENEALOGIA REGUM CANTWARIORUM.

WODEN.

Wehta.

Witta.

Wihtgils.

HENGEST. Horsa.

Ocga vel Oric.

Oesa vel Oisc.

Eormenric.

Rigula. Æthelbyrht. = Bercta.

Sæberht.

Eadbald. = Emme. *Æthelburga, quæ et Tate.*

Oslava. = *Eormenred.* Erconberht. = Sexburh. *Eanswitha.*

Eormenbeorga. *Eormenburga.* Ecgbyrht. *Eorcongota.* *Eormengild.*

Eormengitha. *Ætheldritha.* Lothere.

Æthelred. *Æthelberht.* Eadric.

Wihtred.

Æthelberht.

Eadberht, qui et Pren.

Cuthred.

Baldred.

*** Names of the younger branches are printed in Italics, to distinguish them from those of the kings and queens.

GENEALOGIA REGUM ORIENTALIUM ANGLORUM.

WODEN.
Casere.
Tytmon.
Trygils.
Hrothmund.
Hryp.
Wilhelm.
Wewa, vel Wehha.
WUFFA.
Tytla.

Eni. Redwald.

Eorpwald. *Reginhere.*
Sigeberht.
Ecgric.
Anna.
Æthelhere.=Hereswith. *Sexburh.*
Æthelwold. *Æthelburh.*
Aldwlf. *Ætheldryth.*
Ælfwold. *Wihtburga.*
Beorna.
Æthelred.=Leofruna.
Æthelberht.
Eadmund.

GENEALOGIA REGUM ORIENTALIUM SAXONUM.

WODEN.

Seaxnete.

Gesecg.

Antsecg.

Swæppa.

Sigefugel.

Bedca.

Offa.

ÆSCWINE.

Sledda.=Rigula.

Sæxa. Sæberht.

Sigeferth.

Seleferth. Sexred. Sæward.

Sigebald. Sigeberht.

Sigeberht.

Swithelm.

Sæbbi. Sighere.

Sigheard. Swefred.

Offa.

Sælred.

Swithhæd.[a]

Sigeric.

Sigeræd.

[a] Apparently a mistake for Swithred (see p. 264), though Malmesbury calls him Swithedus.


GENEALOGIA REGUM MERCIORUM.

WODEN.
|
Weothelgeat.
|
Waga.
|
Wihtlæg.
|
Wermund.
|
Offa.[a]
|
Angengeat.
|
Eomer.
|
Icil.
|
Cnebba.
|
Cynewald.
|
CREODA.
|
Pybba.
|
☟

---

[a] These descendants of Woden appear to have reigned over the continental Angeln, a name now limited to the territory between Flensborg and Slesvig. The sixth on the list, viz. Offa (Uffo) the son of Wermund, was blind till his seventh, and dumb till his thirteenth year; and, though excelling in bodily strength, was so simple and pusillanimous, that all hope that he would ever prove himself worthy of his station was abandoned. A resemblance to his Anglian ancestor, in some or all of these respects, seems to have induced the contemporaries of the young Winefrith (for such, we are informed, was the original name of the great Mercian king,) to call him a second Offa'; though the author of the Vita Offæ II. (ap. Matt. Paris, edit. Watts,) seems to have supposed that the first, or Anglian, Offa likewise ruled in England. Creoda was probably the founder of the English Kingdom of Mercia. See a saga of the Anglian Offa in Beowulf, I. p. 258, and II. p. xxxii. sq. He is also celebrated in the "Tale of the Scôp or Bard." Cod. Exon. p. 320. See also Lappenberg's England, I. pp. 227, 228, and the places there cited.

GENEALOGIA REGUM MERCIORUM,—continuatio.



[a] Omitted in the MSS. See p. 264, *note*.

GENEALOGIA LINDISFARORUM.


WODEN.
Winta.
Cretta.
Queldgils.
Cædbæd.
Bubba.
Beda.
Biscop.
Eanferth.
Eatta.
Ealdfrith.

GENEALOGIA REGUM NORTHANHYMBRORUM.

WODEN.

Wægdeag.	Bældeag.	
Siggar.	Brand.	
Swæbdæg.	Beorn.	Frothegar.
Siggæt.	Beornd.	Freawine.
Sæbald.	Wægbrand.	Wig.
Sæfugol.	Ingebrand.	Gewis.
Swærta.	Alusa.	Esla.
Seomel.	Angengeat.	Elesa.
Westorwalcna.	Ingengeat.	
Wilgels.	Æthelbryht.	
Wyscfrea.	Oesa.	
	Eoppa.	
Hic genuit YFFI, patrem Ealle, primi regis Deirorum.	Hic genuit IDAN, primum regem Berniciorum.	Hic genuit CERDIC, primum regem West-Saxonum.

GENEALOGIA REGUM NORTHANHYMBRORUM,—continuatio.



[a] In the list given by Wanley, p. 288, and Petrie, p. 290 (from More's MS. of Beda), the successors of Ida appear thus: Ida, Glappa, Adda, Aedilric, Theodric, Friduuald, Hussa, Aedilfrid, &c. Simeon of Durham agrees with this list in the order of succession, but differs from it with respect to the regnal years.

[b] MSS and edit. erroneously 'Edric.'

GENEALOGIA REGUM NORTHANHYMBRORUM,—continuatio.

1 2 3

Cynred.

Osric. *Eata.*

Ceolwlf.

Eadbryht.

Oswlf.

Moll, qui et Æthelwold. *Eanwine.*

Alhred.

Æthelred, qui et Æthelberht.

Alfwold.

Osred.


Æthelberht, iterum.

Osbald.

Eadwlf.


Osbyrht. Ælle.

GENEALOGIA REGUM WEST-SAXONUM.



[a] See page 253.

GENEALOGIA REGUM WEST-SAXONUM,—continuatio.



[a] Omitted in the MSS.

[b] The mother of Eadward was Æthelflæd the Fair, surnamed Eneda, i. e. the Duck.

[c] At p. 275 she is called Ælfgiva. See Malmesbury, p. 298; and Wendover, I. p. 422.

GENEALOGIA REGUM CANTUARIORUM.

A. D. 450. ANGLO-SAXONES, imperatoris Martiani tempore,[1] a Brytonibus invitati, Brytanniam tribus navibus, quasi pro patria pugnaturi, re autem vera hanc expugnaturi, sunt advecti; quorum duces Hengst and Hors fuere primi; e quibus Hors occiditur a Brytonibus in bello, Hengst vero, adepta victoria,
A. D. 455. anno Dominicæ Incarnationis CCCC.LV. regnare cœpit, et primus Anglorum extitit rex Cantwariorum.

Sanctus Augustinus, a beato papa Gregorio missus, regem Cantwariorum Æthelberhtum anno
A. D. 597. Dominicæ Incarnationis D.XCVII., regni vero ejus XXXV., ad fidem Christi convertit, qui non longe a civitate Dorubernia ad orientem ecclesiam beatorum Apostolorum Petri et Pauli construxit, ac diversis donis ditavit. Fecit etiam in civitate Lundonia ecclesiam Sancti Pauli Apostoli, et in civitate Dorubrevi ecclesiam beati Andreæ Apostoli; quarum utrarumque præsulibus, ut archiepiscopo Doruberniæ, dona multa obtulit; sed et territoria ac possessiones in usum eorum, qui cum illis erant, adjecit. Cujus regina Bercta Francorum regis extitit filia:[2] quorum filia, sancta Æthelburga, Edwini regis Northanhymbrorum erat regina, quæ monasterium in loco qui vocatur Limene construxit, et ibi requiescit. Ejusdem regis Æthelberhti soror Rigula,[3] East-Saxonum regina, genuit sanctum Sæberhtum, ejusdem provinciæ regem. Decedens rex Æthelberhtus anno regni sui LVI°., cœli regna conscen-
A. D. 616. dit; cui filius suus Eadbaldus successit; qui rebus ecclesiæ, quantum valuit, in omnibus consulere ac favere cupiens, divinis se mancipare

[1] See page 1, *note*.
[2] She was a daughter of Charibert, king of Paris.
[3] In the Saxon Chronicle her name is written Ricole.

præceptis studuit. Hujus regina Emme regis Francorum erat filia: quorum filia, sancta videlicet Eanswitha, quæ in loco qui Folcestan dicitur requiescit, et regulus Eormenredus extitit filius: cui scilicet Eormenredo regina sua Oslava quatuor filias et duos peperit filios, sanctam videlicet Eormenbeorgam, quæ fuit regina Merewaldi regis West-Anglorum; sanctam Eormenburgam, sanctam Ætheldrytham, sanctam Eormengitham, et sanctos martyres Æthelredum ac Æthelberhtum, quos Thunor, præpositus Ecgberhti Cantwariorum regis, ut ipse jusserat, martyrizavit. Decessit rex Eadbaldus anno regni sui vicesimo quinto et Erconberhtum filium suum successorem reliquit. Hic primus regum Anglorum in regno suo idola destrui, et jejunium quadraginta dierum jussit observari. Huic regina sua sancta Sexburga, Annæ regis Orientalium Anglorum filia, monasterium in Sceapege[1] construxit. Sancta Eorcongota, regis Erconberhti ac S. Sexburgæ filia, in Galliam missa, sub matertera sua, sancta Æthelburga abbatissa, in Brigensi monasterio,[2] usque ad finem vitæ Deo servivit, et ibi requiescit. Altera filia, sancta Eormengilda, Wlferi regis Merciorum erat regina. Decessit rex Erconberhtus anno regni sui XXIV°., Ecgbyrhto filio regni sedem relinquens; qui IX°. regni sui anno, mense Julio, decessit, succedente in regnum fratre suo Lotheri; qui vulneratus in pugna Australium Saxonum, quos contra eum Eadric filius Ecgberhti aggregaverat, anno regni sui XII°., inter medendum, mense Februario, defunctus est; cui successit in regnum Eadricus,

A.D. 640. A.D. 664. A.D. 673. A.D. 685.

[1] Shepey.

[2] Faremoustier-en-Brie. Tractus Briegius, Sylva Brigensis, a qua sylva provincia hodie 'Brie' nomen accepit. In hac regione Fara cœnobium virginum condidit Eboriacense, quod a fundatrice 'Faremoustier' adhuc dicitur. Smith ad Bedæ H. E. III. 8, which see.

filius fratris sui Ecgberhti, ac uno anno et dimidio
regnavit; cui frater suus Wihtredus in regnum
succedens, ecclesiam S. Martini in Dovera con-
A.D. 725. struxit. Decessit autem Wihtredus rex anno
regni sui xxxiv°. filium suum Æthelberhtum
regni hæredem relinquens; qui anno regni sui
A.D. 760. xxxvi°. decessit; cui frater suus Eadberhtus,
qui et Pren, successit; quem rex Merciorum
Cenulfus, dum Cantiam devastaret, cepit, et
A.D. 796. secum in Merciam duxit; cui successit Cuthre-
A.D. 805. dus et anno regni sui nono decessit; cui Baldre-
dus successit, et anno Dominicæ Incarnationis,
A.D. 823. juxta Dionysium, dccc.xxiii°. a rege West-
Saxonum Ecgbrihto expulsus est regno. Huc
usque regnum Cantwariorum per trecentos sexa-
ginta et octo annos stetit: postea vero West-
Saxonicæ ditioni cessit.

PRINCIPIUM REGNI REGUM ORIENTALIUM ANGLORUM.

Regno posterius Cantwariorum, et prius regno
Occidentalium Saxonum, exortum est regnum
Orientalium Anglorum, cui præfuerunt reges
potentes, sed Redwaldus illis omnibus extitit
potentior; omnes enim australes Anglorum et
Saxonum provinciæ cum suis regibus, ad con-
finium usque Humbræ fluminis, ei subjectæ
A.D. 617. erant; qui Æthelfrithum, regem Deirorum et
Berniciorum, in bello, quo ejus filius Reinherus
peremptus est, occidit; et Edwinum, Ællæ
filium, ut in regnum perveniret, adjuvit; cui
alter filius suus Eorpwaldus in regnum successit,
et, Edwino rege persuadente, fidem Christi cum
sua provincia suscepit; quem non multo post
Ricgbertus, vir gentilis, in bello occidit; cui frater
suus ex parte matris, Sigeberhtus, successit. Hic
sancto Furseo, ad se de Hibernia venienti, pos-
sessiones ac locum construendi monasterium in

castro quodam, quod lingua Anglorum Cnobbheresburh[1] vocatur, dedit; et post, amore regni cœlestis, relicto regno, et cognato suo Ecgrico commendato, in monasterio quod sibi fecerat, monachus factus est; et multo post tempore, contra regem Merciorum Pendan, ad confirmandum militem, invitus in certamen ductus, suæ professionis non immemor, dum nisi virgam tantum in manu habere voluit, occisus est una cum rege Ecgrico; quorum regni successor factus est Anna, filius Eni, fratris Redwaldi; cujus filia, sancta Sexburga, Erconberhto regi Cantwariorum conjugio copulata est; altera filia, sancta Æthelburga, in Gallia, in Brigensi monasterio, abbatissa facta est; tertia, sancta Ætheldrytha, prius Northhymbrorum regina, et post Eliensis extitit abbatissa; quarta, sancta Wihtburga,[2] ejusdem monasterii sanctimonialis erat fœmina: quarum pater Anna rex, a Penda rege Merciorum A.D. 654.
occisus, fratrem suum Æthelherum regni hæredem reliquit; qui de regina sua, sancta Hereswitha, sorore sanctæ Hild abbatissæ, duos filios, Aldwlfum et Ælfwoldum, genuit; peremptus est A.D. 655.
autem in bello ab Oswiu cum Penda rege; cui germanus suus Æthelwoldus successit; quo defuncto, regnum Aldwlfus suscepit, et annis nonnullis regnavit; cujus post mortem, frater suus Alfwoldus regni regimen suscepit. Regnante autem Merciorum rege Offa, Beorna[3] regnavit in East-Anglia, et post illum Æthelredus, qui de regina sua Leofruna sanctum habuit Æthelberhtum. Hic post patrem brevi tempore regnum

---

[1] The Garianonum of the Romans, now Burgh Castle. See Stevenson ad Bedæ H. E. III. 19, edit. E. H. S.

[2] *Wihtburga.*] So *L.*; *C.* has 'Withgitha,' editt. and Higden 'Withburga.' Polychr. p. 252, ap. Gale.

[3] Beonna is probably the true name. See Lappenberg's England, i. p. 243, *note*.

A. D. 793. tenuit Orientalium Anglorum; innocenter enim, sub pacis fœdere, occisus est ab Offa rege Merciorum. Deinde perpauci reges in East-Anglia per LXI. annos regnaverunt potentes; quoad ultimus eorum, sanctus Eadmundus, nactus fuerit
A. D. 870. culmen regiminis; quem anno regni sui XVI°. rex paganus Hinguar martyrizavit. Ex quo tempore Anglo-Saxones in East-Anglia regnare desiere annis fere L.; erat enim ipsa absque rege IX. annis plene, paganorum Danorum direptioni atque nimiæ substrata dilacerationi, qui conati sunt ea tempestate totam Angliam suæ ditioni
A. D. 880. subjicere. Post in illa, simul et in East-Saxonia ferme tota, Danicus rex Guthrum annis XII., Eohric, quem Angli peremerunt in pugna, regna-
A. D. 905. vit annis quatuordecim. Deinde a Danicis comitibus ambæ tamdiu premebantur provinciæ, quousque rex Edwardus Senior, multos ex illis occidendo, nonnullos partes transmarinas adire
A. D. 918. cogendo, residuos in deditionem accepit, ac ambo regna regno annexuerit West-Saxonico.

EAST-SAXONIA.

UT regnum Orientalium Anglorum post regnum Cantwariorum, sic habuit exordium regnum Orientalium-Saxonum; quorum reges fere semper aliis parebant regibus, frequentius tamen ac diutius regibus Mercensibus; qui scilicet ante Sæberhtum, Æthelberhti regis Cantwariorum nepotem ex sorore Rigula, dæmoniis serviebant cultibus. Ille vero, prædicante Mellito, verbum veritatis cum sua gente primus illorum suscepit;
A. D. 616. qui regna perennia petens, filios suos, Sexredum et Sæwardum, qui pagani perduraverant, regni temporalis reliquit hæredes. Ii parvo post tempore a West-Saxonibus in pugna sunt occisi; quibus successit Sigeberhtus, cognomento Par-

vus, ejusdem Sæwardi filius; quo mortuo, regimen regni suscepit Sigeberhtus, Sigebaldi filius. Hic, Oswiu regis Northhymbrorum hortatu, A. D. 653.
Christo credens, a Finano episcopo baptizatus est in Northhymbria: quo regnante, East-Saxones fidem, quam pridem abjecerant, sancto Cedd episcopo prædicante, receperunt. Longo autem post tempore occisus est a suis propinquis, quia, evangelica præcepta servans, suis inimicis nimium parcere, et factas ab eis injurias placida solebat mente dimittere; cui frater suus Swithelmus in regnum successit, et ab ipso Cedd in East-Anglia baptizatus est; cujus post mortem, Sæbbi, filius Sæwardi, filii regis S. Sæberhti, et Sighere, filius regis Sigeberhti Parvi, regni gubernacula tenuerunt. Post decessum Sigheri, Sæbbi regni gubernacula rexit; qui anno regni XXX°. a Waldhero, Lundoniensi episcopo, monachicum suscepit habitum, et brevi post tempore defunctus, cœlica regna petivit; pro quo filii ejus Sigheardus et Swefredus regnaverunt; quorum post mortem, Offa, filius Sigheri regis, in regem levatur. Hic juvenis amantissimæ ætatis et venustatis, totique suæ genti ad tenenda servandaque regni sceptra exoptatissimus, suasu et hortatu sanctæ Kyneswithæ, regis Merciorum Pendæ filiæ, quam adamaverat, reliquit patriam et regnum propter Evangelium, et cum rege A. D. 708.
Merciorum Cenredo et sancto Ecgwino, Hwicciorum episcopo, Romam petiit; ubi attonsus, et in monachico habitu vitam complens, ad visionem beatorum Apostolorum diu desideratam pervenit; cui in regnum successit Sælredus, sancti Sigeberhti regis filius; quo perempto anno regni A. D. 746.
XXXVIII°., Swithredus regni solium obtinuit, ac aliquantis annis tenuit; cujus post mortem, A. D. 823.
reges pauci super East-Saxones regnavere pro-

prii; nam eodem anno quo regnum defecit Cantwariorum, cum ipsis et cum Suth-Saxonibus strenuo regi West-Saxonum Ecgberhto sponte se dedebant, et ei suisque successoribus tamdiu parebant, quoad Danicus rex Guthrum super eos potestatem acciperet. Lundonia tamen, cum terris circumjacentibus, Mercensibus regibus, quamdiu ipsi regnaverunt, paruit.

MERCIA.

POST initium regni Cantwariorum, principium extitit regni Merciorum; qui multis annis, cum suis regibus, cultibus idolatriæ dediti, paulatim
A. D. 626. regni sui fines dilatavere; sed Penda, qui regnare cœpit anno Dominicæ Incarnationis, juxta Dionysium, DC.XXVI., multo latius quam aliquis suorum prædecessorum dilatavit. Duos etenim reges Northhymbrorum, sanctum Edwinum ac sanctum Oswaldum, et tres reges East-Anglorum, sanctum Sigeberhtum, Ecgricum et Annam, in bello occidit. Cui regina sua Cyneswitha v. filios, Peadam videlicet, Wlferum, sanctum Æthelredum, sanctum Merewaldum, et sanctum Mercelmum,[1] et duas filias, sanctam Cyneburgam
A. D. 655. et sanctam Cyneswitham peperit. Regnavit autem annis XXX. non plene; quem rex Northhymbrorum Oswiu cum XXX. ducibus in bello peremit, et regnum ejus suæ ditioni subegit; filio tamen ejus Peadæ, qui a patre suo Mediterraneis Anglis princeps constitutus, in Northhymbria a Finano episcopo est baptizatus, eo quod suus esset cognatus, habuit enim in conjugem filiam ejus Alhfledam, regnum Australium Merciorum dedit: at ille anno regni sui primo

[1] This name, by a not unusual mistake of *in* for *m*, has hitherto been generally transformed into the un-Saxon name of Mercelinus. In both places where it occurs, *C.* has Mercelmus.

peremptus est nefarie.[1] Tribus annis post inter- A. D. 659.
fectionem Pendan regis completis, filium ejus
Wlferum duces Merciorum levantes in regem,
fines suos fortiter simul et libertatem receperunt.
Hic primus regum Merciorum lavacrum regene-
rationis suscepit, et filiam Erconberhti regis
Cantwariorum ac reginæ illius sanctæ Sexburgæ,
sanctam Eormengildam, in conjugem accepit, et
ex illa genuit Cenredum et Wereburgam, virgi-
nem sanctissimam. Germanus vero ipsius,
Westan-Hecanorum rex, sanctus Merewaldus,
filiam Eormenredi reguli, fratris ejusdem Ercon-
berhti regis, sanctam Eormenbeorgam, matri-
monio sibi copulavit, et ex ea tres filias, sanctam
videlicet Mildburgam, sanctam Mildrytham,
sanctam Mildgitham, et unum filium sanctum
Merefinnum, genuit. Quo mortuo, regnavit pro
eo Mercelmus frater illius: quorum sororem
Cyneburgam rex Northhymbrorum Alhfridus
duxit uxorem. Quæ connubio carnalis copulæ
pro Dei amore relicto, in monasterio quod fratres
sui Wlferus ac Æthelredus construxerunt, et ab
ipsius nomine Cyneburgæ Castrum vocatur,
sanctimonialis efficitur; in quo etiam soror sua
Cyneswitha sanctimonialem suscepit habitum.
Decessit autem rex Wlferus anno regni sui XVII°.; A. D. 675.
cui successit germanus suus sanctus Æthelredus,
qui regis Northhymbrorum Ecgfridi sororem
Osthritham accepit in conjugem, ex qua filium
Ceolredum suscepit. Anno vero regni sui XXX°. A. D. 704.
monachus factus, Cenredo suo fratrueli regnum
dedit; qui regni sui anno quinto seculum reli-
quit, Romam adiit, et ibi in monachico habitu
vitam finivit; cui in regnum successit Ceolredus, A. D. 709.
patrui sui Æthelredi filius, qui anno regni sui

[1] Proditione, ut dicunt, conjugis suæ, in ipso tempore festi Paschalis. Beda, H. E. III. 24.

A. D. 716. nono defunctus est; cui Æthelbaldus filius Al-
wig, filii scilicet Eowe, fratris Pendæ regis, suc-
cessit; quem anno regni sui XLI°. Beornredus
tyrannus in Secgeswalde occidit, et regnum illius
invasit; corpus vero regis Hreopedun delatum,
A. D. 755. regaliter est tumulatum; cujus patruelis Eanwlfi
nepos, Offa videlicet, filius Thincferthi, eodem
anno regni invasorem Beornredum in bello pere-
mit, et loco ejus regnavit; cui regina sua Cyne-
thrytha duas filias, Eadburgam videlicet, quam
rex West-Saxonum Brihtricus uxorem duxit, et
Ælfthrytham, quæ virgo permansit, unumque
A. D. 794. filium Ecgferthum peperit. Decessit autem anno
regni sui XXXIX°., cui filius suus Ecgferthus suc-
cessit, sed eodem anno decessit; cui vir magni-
ficus Cenulfus, filius Cuthberhti, trinepotis Pybbæ
regis successit. Huic regina sua Ælfthrytha
filias duas, Quendrytham et Burgenildam, san-
A. D. 819. ctumque Kenelmum genuit. Decedens autem
anno regni sui XXIV°., Wincelcumbæ sepultus re-
quiescit, et hæredem regni filium suum sanctum
Kenelmum reliquit; qui eodem anno Quendrythæ
sororis suæ insidiis occiditur; cui patruus suus
A. D. 821. Ceolwlfus successit, sed post biennium regno ex-
pellitur, et Beornwlfus in regnum suscipitur;
qui biennio transacto ab Orientalibus Anglis in
A. D. 823. bello perimitur; cui Ludecan suus propinquus
successit, sed post biennii tempus, dum suum
prædecessorem ulcisci vellet, ab eisdem East-
A. D. 825. Anglis occiditur. Successit autem Ludecan in
regnum Wiglaf. Huic regina sua Kynethry-
tha filium genuit Wigmundum, qui de filia re-
gis Merciorum Ceolwlfi Ælfleda, sanctum ha-
A. D. 838. buit Wistanum. Decedens rex Wiglaf anno
regni sui XIII°. Hreopedunæ sepultus requi-
evit, cui Beorhtwlfus successit. Huic Sæ-
thryth regina filium peperit Berhtferthum, qui

sanctum Wistanum peremit. Hujus corpus ad Hreopedun, monasterium tunc temporis famosum, delatum, in mausoleo avi sui regis Wiglaf est tumulatum. Verum illius martyrio cœlestia non defuere miracula; nam de loco in quo innocenter peremptus est, columna lucis usque ad cœlum porrecta, omnibus ejusdem loci incolis per XXX. dies conspicua stabat. Decessit autem rex A. D. 852.
Beorhtwlfus anno regni sui XIII°.; cui Burhredus succedens, filiam Athulfi regis West-Saxonum, Æthelswitham, duxit uxorem: quem paganus A. D. 874.
exercitus Danorum, anno regni sui XXII°. regno expulit; qui mox Romam adiit, ubi non diu vivens, defunctus est, et in Schola Saxonum, in ecclesia S. Mariæ sepultus requiescit. Dani pagani, eodem anno quo Burhredus expulsus est regno, Ceolwlfo ipsius ministro regnum Merciorum custodiendum ad tempus commisere; verum triennii tempore completo, partem illius inter se divisere, partem autem illi dedere, et eum regnare permisere, qui ultimus regum Merciorum extitit. Post cujus mortem, West-Saxonum rex Ælfredus, ut exercitum paganorum Danorum suo de regno penitus expulerit, strenuitate sua Lundoniam cum circumjacentibus terris recuperavit, et partem regni Merciorum, quam Ceolwlfus ha- A. D. 886.
buit, acquisivit.

INITIUM REGNI REGUM BERNICIORUM.

Anno Dominicæ Incarnationis, secundum Dio- A. D. 547.
nysium, D.XLVII., Ida filius Eoppæ, fortissimi ducis, in Bernicia regnare cœpit; qui sex ex reginis filios habuit, Addam, Bælricum, Theodricum, Æthelricum, Osmærum, Theodherum; sex vero ex concubinis, Occam, Alricum, Eccam, Oswaldum, Sogor, Sogotherum, annisque XII. regnavit; cui filius suus primogenitus Adda successit.

INITIUM REGNI REGUM DEIRORUM.

A. D. 559. ANNO Dominicæ Incarnationis, juxta Dionysium, D.LIX., Ælla filius Yffi, ducis strenuissimi, in Deira regnare cœpit, et annis fere triginta regnavit. Interim super Bernicios regnaverunt Adda, primogenitus filius Idæ,[1] annis septem; Clappa quinque; Theodwlf uno, Freothulf septem, Theodoricus septem, Æthelric duobus, vi-
A. D. 588. vente Ælla; quo mortuo, filium ejus Edwinum tertio anno suæ ætatis regno expulit, et super ambas provincias V. annis regnavit. Quo defuncto, filius ejus Æthelfrithus regni gubernacula
A. D. 593. suscepit; cui regina sua Acha, regis Ællæ filia, peperit VII. filios: Eanfrithum, Oslaf, Oslac, sanctum Oswaldum regem, Oswium regem, Offam, Oswudu, et unam filiam sanctam Æbbe abbatissam. Frater ejus Theodbaldus, occisus est in bello, quo regem Scottorum Aedan vicit. Occisus est et ipse in bello, anno regni sui XXIV°.,
A. D. 617. a rege East-Anglorum Redwaldo; cui successit sanctus Edwinus filius Ællæ. Huic exuli de Quenburga, filia Creodæ regis Merciorum, nati sunt duo filii, Osfrith et Eadfrith, cujus filius extitit Hererieus, qui de Beorhtswitha genuit sanctam Hild abbatissam, constructricem monasterii quod vocatur Streoneshalh;[2] ac sanctam Hereswitham East-Anglorum reginam. De regina vero sancta Æthelburga, regis Cantwariorum Æthelberhti filia, duo filii sunt ei nati, sanctus Æthelhun et sanctus Wuscfrea, filiæque II., sancta
A. D. 633. Eanfleda et sancta Ætheldrytha. Occisus est autem anno regni sui XVII°. ætatis vero XLVIII°., et cum eo filius suus Osfrith, a pagano rege Merciorum Penda, et barbaro rege Walanorum Ceadwala; cui sanctus Oswaldus, sui prædecessoris

[1] *Primogenitus filius Idæ.*] *C. L.* omit. [2] Whitby.

Æthelfrithi ac germanæ ipsius Achæ filius, successit. Hic anno regni sui IX°., a prædicto Mer- A.D. 642.
ciorum rege Penda occisus est; cui frater suus Oswiu successit. Hujus regni anno II°. sanctus Oswinus filius Osrici, filii Alfrici, patrui scilicet regis Edwini, super Deiros regnare cœpit, et anno regni VII°. occisus est;[1] cui successit Æthel- A.D. 651.
wald, regis Oswaldi filius. De regina Eanfleda, regis Edwini filia, rex Oswiu duos filios habuit, Ecgfridum et Ælfwinum, et tres filias, Osthritham scilicet, quam rex Merciorum sanctus Æthelredus in conjugium habuit; et Alhfledam, quam rex Australium Merciorum Peada uxorem duxit; ac Alfledam, quam pater post occisionem regis Pendæ pro victoria Deo obtulit; et tribus annis Mercis cæterisque australium provinciarum populis præfuit. Anno vero regni XXVIII°. decedens, A.D. 670.
Ecgfridum filium regni hæredem reliquit; qui A.D. 685.
regni sui anno XV°., a Pictis occisus est; cui successit Alhfrid frater ejus, et anno regni XX°. decessit; cui filius suus Osredus successit, et anno A.D. 705.
regni XI°. occisus est; cui Kenredus filius Cuth- A.D. 716.
wini, abnepotis regis Idæ, successit, et post A.D. 718.
biennium moritur, et Osric in regem levatur; qui anno regni XI°. decessit; cui sui prædeces- A.D. 729.
soris germanus Ceolwlfus successit: is anno A.D. 738.
regni IX°. monachus efficitur, regni regimen patrueli suo Eadbrihto, Eatæ filio, relinquens; qui anno regni XIX°. monachus efficitur, et filius suus A.D. 757.
Oswlfus rex constituitur, et uno anno regnans, a Northhymbrensibus occiditur; cui Moll Æthel- A.D. 759.
wold successit, sed VII°. anno regimen dimisit, et A.D. 765.
filius Eanwini Alhredus, trinepos regis Idæ, in regnum successit; quem Northhymbrenses, anno A.D. 774.
regni sui IX°., regno expulerunt, et Æthelredum

[1] See Beda, H. E. III. 14.

qui et Æthelberhtus, Molli regis filium, in regem
A. D. 778. levaverunt. Hunc quoque regni sui anno quinto, Northhymbrenses abjecerunt, et Alfwoldum[1] re-
A. D. 789. gem constituerunt, quem XI°. regni sui anno, Sigan quidam, vir præpotens, injuste peremit;[2] cui nepos suus Osredus, Alhredi filius, successit:
A. D. 790. hunc etiam Northhymbrenses, anno transacto, regno expulerunt, et regem Æthelberhtum, quem
A. D. 794. prius extruserunt, in regnum receperunt; quo a suis interfecto, Osbaldus regnum suscepit, et paucis diebus tenuit; cui Eardulfus successit, et uno anno regnavit. Deinde per annos LXXVI. aliquot imperaverunt reges, quorum ultimi fuerunt Osbryht et Ælle, qui anno Dominicæ In-
A. D. 867. carnationis, juxta Dionysium, D.CCC.LXVII. in Eboraco cum flore Northhymbrorum perempti sunt a paganis, videlicet Danis, Norreganis, Suanis, Goutis, et quarundam aliarum nationum populis. Quo anno Anglici reges, qui annis CCC.XXI. regnavere, per annos LI. imperare in Northhymbria desiere; depopulationi namque servitutique eorundem paganorum, absque rege, annis VIII. subjacebant. Nam per id temporis spatium, rege East-Angliæ S. Eadmundo perempto, et Merciorum rege Burhredo ultra mare fugato, eorumque regnis suæ ditioni subactis, ac Ælfredo West-Saxonum rege ferme detrito, ejusque regno maxima ex parte invaso, per Angliam et circa illam pervagantes, monasteria cum monachis et sanctimonialibus, ecclesias cum clericis incendere, civitates, urbes, oppida, villasque cremare, agros devastare, strages hominum multas agere, minime cessabant; nec mirum, tam vali-

---

[1] *Alfwoldum.*] He was the son of Oswulf. Sim. Dunelm. a. 779.

[2] *Peremit.*] In cujus loco peremptionis

Cœlitus emissa, lux est clarissima visa.

Successit ei in regnum, etc. *Editt. add. C. L. omit.*

dus enim et tam numerosus, nec antea nec post, Angliam adiit exercitus; utpote regibus octo, videlicet Bagsecg, Halfdene, Hinguar, Hubba, Guthrum, Oscytel, Amund et Eowils, ac plusquam XX. comitibus, et variis armorum generibus instructus. Anno vero nono interfectionis Osbryht et Ælle, pagani reges Halfdene et Eowils in Northhymbria regnare cœpere, annisque viginti sex regnavere. Quibus ab Anglis interfectis, Reignaldus plusquam decem, dein Sihtricus annis regnavit paucis: quo defuncto, filius ejus Guthferthus regimen regni suscepit; sed illum strenuus ac gloriosus rex Æthelstanus regno mox expulit, et[1] anno Dominicæ Incarnationis, juxta Dionysium, D.CCCC.XXVI., adventus vero Anglorum in Britanniam anno CCCC.LXXVII., totius Angliæ monarchiam primus Anglo-Saxonum obtinuit, ac regem Scottorum regesque Walanorum deditores habens, per Angliam solus regnavit.[2] A.D. 926.

GENEALOGIA REGUM WEST-SAXONUM.

ANNO Dominicæ Incarnationis, secundum Dionysium, D.XIX., Cerdic et Cynric filius ejus, secundum Anglicam Chronicam, in West-Saxonia regnare cœperunt, et anno regni XVI°. Cerdic decessit, et Cynric solus regnavit, qui XXXVI°.[3] anno regni decessit; cui filius suus Ceaulin successit, et XXXIII. annis regnavit: contra quem Ceol, filius fratris sui Cuthwlfi, quem ante bi- A.D. 519. A.D. 534. A.D. 560.

[1] *Anno vero . . . . . expulit et.*] Instead of this passage, the editions have the following: Horum omnium acta pessima qui nosse voluerit, seriatim pleniusque reperiet scripta in Chronicarum Chronica: huic vero libello duntaxat utiliora studuimus inserere. Hoc tamen solum hic notandum, quod gloriosus rex West-Saxonum Athelstanus, etc.

[2] *Ac regem . . . . regnavit.*] For these words the editions read: et rex Angliæ coronatus, et ab omnibus imperator totius Britanniæ est pronuntiatus.

[3] XXXVI.] read XXVI. See Sax. Chron. a. 560.

ennium regem sub se fecerat, immerito rebellavit,
A. D. 593. regnoque expellens, loco ejus quinque annis
A. D. 598. regnavit; cujus post decessum Ceolwlfus, filius Cuthæ, regimen regni accepit, et XIV°. anno re-
A. D. 611. gni decessit; cui fratris sui Ceoli filius, Cynegils successit, et XXIV°. anno regni a sancto Birino[1] episcopo, cum sua gente, primus regum West-Saxonum, baptismum Christi suscepit; et anno sequenti filius suus rex Cuichelmus, ab
A. D. 643. eodem episcopo baptizatus, defungitur. Decessit rex Cynegils anno regni XXXI°., et filius ejus Cenwalh regimen regni suscepit. Hic apud Orientales Anglos a sancto Fœlice episcopo[2] baptizatus est, et Wintoniæ ecclesiam, in qua sedes episcopalis est, construxit, et anno regni XXXI°. deces-
A. D. 674. sit; cujus regina Sexburh uno post illum anno regnavit. Deinde Cenfus duobus annis, secundum dicta regis Ælfredi, juxta vero Chronicam Anglicam, filius ejus Æscwinus fere tribus annis
A. D. 676. regnavit; cui successit Centwinus, regis Cyne-
A. D. 685. gilsi filius, et VIII.° anno regni decessit; cui Ceadwalla filius Cenbryhti, pronepotis regis
A. D. 688. Ceaulini, successit;[3] et post illum Ine, filius subreguli Cenredi, abnepotis regis Ceaulini regnavit, Gleastoniamque construxit;[4] cujus germanus extitit Ingels, ac germanæ S. Cuthburga et S. Cuenburga. Successit Ini in
A. D. 728. regnum Æthelhardus de prosapia Cerdici regis

---

[1] *Birino.*] Primo West-Saxonum. *Editt. add.*

[2] *Episcopo.*] East-Anglorum episcopo primo. *Editt.*

[3] *Successit.*] Qui pro Jesu Christi nomine,
Linquens terrenum modico post tempore regnum,
Paparum sedem Romanam tendit ad urbem;
Sergius hunc sacra baptismatis abluit unda,
Hincque fide plenus vocitatur nomine Petrus.
Cœlica post scandit, sacris defunctus in albis. *Editt. add.*

[4] *Construxit.*]
Et pro rege Deo, regali culmine spreto,
Romam rex tendit, quo sancto fine quievit. *Editt. add.*

oriundus, et anno regni XIV°. obiit; cui propin- A.D. 741.
quus suus Cuthredus successit, et anno regni
XV°. decessit; cui Sigeberhtus, filius Sigerici sub- A.D. 754.
reguli, successit, et uno anno regnavit; quem A.D. 755.
Cynewlfus, de prosapia Cerdici regis oriundus,
regno exterminavit, et loco ejus regnavit. Hunc A.D. 784.
anno regni XXX°. clito Cynehardus, filius Sige-
rici, et frater Sigeberhti, occidit; cui Brihtricus,
de prosapia Cerdici regis oriundus, successit, et
anno regni XV°. decessit; cui Ecgbertus, filius A.D. 800.
Alhmundi subreguli, pronepotis regis Ini, suc-
cessit, et anno regni XXXVII°. decessit; cui filius A.D. 836.
suus Athulfus successit.[1] Decimam totius regni sui partem ab omni regali servitio et tributo liberavit, et pro redemptione animæ suæ et antecessorum suorum trino et uni Deo immolavit.
Quo mortuo et Wintoniæ sepulto, filius ejus A.D. 858.
Æthelbaldus regnum suscepit, et tertio regni
anno decessit; cui germanus suus Æthelberhtus A.D. 861.
successit, et v. annis regnavit; post quem frater A.D. 866.
illius Æthelredus VIII.[2] annis regnavit: quo regnante, reges Northhymbrorum Ælle et Osbyrhtus, et rex Orientalium Anglorum sanctus Eadmundus, a Danis paganis occisi sunt, et eorum regna
ab eisdem possessa. Defuncto Æthelredo, ger- A.D. 871.
manus suus Ælfredus regnare cœpit. Hic poetarum Saxonicorum peritissimus, in servitio Dei vigilantissimus, et in exequendis judiciis indagator erat discretissimus;[3] cui regina sua Ealh-

[1] *Successit.*] Hic inter cætera bona quæ gessit opera, omni anno CCC. mancusas denariorum Romam portari præcepit: centum in honorem S. Petri, ad emendum oleum, quo impleantur omnia luminaria illius ecclesiæ in vespere Paschæ, et similiter in galli cantu; centum vero in honorem S. Pauli, eadem de causa; centum quoque mancusas universali papæ apostolico. *Editt. add.*

[2] VIII.] Read v. Æthelred died in 871.

[3] *Discretissimus.*] A patre Æthelulfo Romam mittitur, et a papa Leone IV°. in regem ungitur. *Editt. add.*

switha duos filios, Eadwardum et Ægelwardum, et tres filias Ægelfledam Merciorum dominam, Æthelgeovam sanctimonialem, et Ælfthrytham peperit. Cujus regni anno tertio, Burhredus rex Merciorum, a prædictis Danis regno expelli-
A. D. 901. tur. Decessit autem rex Ælfredus anno regni sui vicesimo nono, cui filius suus Eadwardus successit; cui regina sua Eadgiva tres filios, Eadwinum, Eadmundum, Eadredum, et sanctam Eadburgam, ac tres alias peperit filias, quarum unam in conjugem habuit Otto imperator Romanorum, alteram Karolus rex Occidentalium Francorum, tertiam Sihtricus rex Northhymbrorum. Æthelstanum autem filium primogenitum de Ecgwyn, fœmina nobilissima, habuit. Et super omnes provincias Angliæ usque ad flumen Humbræ regnavit; ac prius reges Walanorum, dein Scottorum, Northhymbrorum, Stretwadalo-
A. D. 924. rum reges, in deditionem accepit. Quo mortuo, filius suus Æthelstanus illi in regnum successit;
A. D. 940. post quem frater suus Eadmundus regnavit, et ex regina sancta Ælfgiva duos filios Eadwium
A. D. 946. et Eadgarum habuit. Quo in palatio miserabiliter occiso, germanus suus Eadredus regnum
A. D. 955. suscepit, et anno regni x°. decessit; cui Eadwius, germani sui Eadmundi filius, successit, et anno regni quarto decessit; cui germanus suus Ead-
A. D. 959. garus anno ætatis suæ XVI°. successit. Hic habuit ex Eneda,[1] fœmina generosissima, sanctum Eadwardum, et de sancta Wulfthrytha sanctam Eadgitham; ex regina vero Ælfthrytha, Eadmundum et Ægelredum filios suscepit; cujus regni anno IV°. sanctus Æthelwoldus in Veteri Monasterio Wintoniæ, et anno x°. sanctus Oswaldus Wigorniæ, ejus jussu, expulsis clericis,
A. D. 975. monachos constituere. Decessit autem anno

[1] *Eneda.*] See p. 140, *note* [6].

ætatis XXXII°., regni vero XVI°., Eadwardum regni hæredem relinquens; qui regni sui anno A. D. 978. III°., jussu novercæ suæ Ælfthrythæ, occiditur; cui in regnum successit frater suus Ægelredus. Hic ex Ælfgiva, comitis Ægelberhti filia, III. filios habuit, Eadmundum, Eadwium, et Æthelstanum, ac Eadgitham filiam; ex Emma vero, Ricardi comitis Normannorum filia, duos filios suscepit, Ælfredum et Eadwardum. Decessit autem anno regni XXXIX°.; cui filius suus Ead- A. D. 1016. mundus successit, qui duos filios, Eadmundum et Eadwardum, ex quadam nobilis prosapiæ fœmina habuit; sed eodem anno dolis Edrici Streonæ perimitur. Cujus post mortem, Canutus, Suani regis Danorum filius, qui VII. mensibus ante mortem regis Ægelredi Angliam magna cum classe hostiliter adierat, regimen regni suscepit, et prædictos filios regis Eadmundi in exilium misit; quorum unus, scilicet Eadmundus, in adolescentia mortuus est in Ungaria; Eadwardus vero Agatham, filiam germani imperatoris Heinrici III., in matrimonium accepit, ex qua Margaretam reginam Scottorum, et Christianam virginem, et clitonem Eadgarum, suscepit. Anno vero regni sui XIX°., rex Canutus, filio suo Heardecanuto, quem ei peperit regina Emma, rege constituto in Danemarchia,[1] decessit; cui filius suus Ha- A. D. 1035. roldus, quem ex Hamtunensi Ælfgiva habuit, in Anglia successit, et V°. anno post obitum patris A. D. 1040. decessit; cui frater suus Heardecanutus successit, et III°. anno regni decessit; cui frater suus A. D. 1042. ex parte matris Eadwardus, regis Ægelredi filius, successit. Anno regni sui XXIII°. rex Anglorum Eadwardus decessit; cui, ex ipsius electione et A. D. 1066. concessione, comes Haroldus, filius Godwini West-Saxonum ducis et Gythæ sororis regis Da-

---

[1] *Danemarchia.*] Danubia. *C. L.*

norum Suani, patris sancti Canuti martyris, successit; qui de regina Aldgitha, comitis Ælfgari filia, habuit filium Haroldum: eodemque anno a Normannorum comite Willelmo peremptus est in bello; cui et ipse in regnum successit. Hic de regina Mahtilde tres filios habuit, Rotbertum,
A. D. 1087. Willelmum, Heinricum: et anno regni XXII°. in Normannia decessit; cui filius suus Willelmus
A. D. 1099. successit, et anno regni XIII°., in provincia Jutarum,[1] in Nova Foresta, sagitta percussus, sine filiis occubuit; cui in regnum frater suus junior Heinricus successit.[2]

---

[1] *Jutarum.*] It is worthy of notice, that after the lapse of so many centuries, Hampshire still retained the appellation of 'provincia Jutarum.' See Beda, H. E. I. 15.

[2] *Successit.*] Hic ex regina sua Matilde, filium Gulielmum et filiam habuit Matildem, quæ prius Romanorum imperatrix, postea facta est comitissa Andegavensium. *Editt. add.*

Adepto igitur regno, accepit sibi uxorem Mathildem, filiam Malcolmi regis Scottorum et reginæ Margaretæ, quæ concepit et peperit ei filium nomine Willelmum, et filiam Mathildem, quæ succedente tempore Henrico Alemanniæ imperatori conjugio copulata est. Filio autem suo adhuc parum adulto accepit rex conjugem filiam Fulconis comitis Andegaviæ; qui cum Angliam rediret cum patre multisque utriusque regni nobilibus, non aliqua turbatione pelagi, sed per nautarum negligentiam, cum omnibus qui secum venerant, in mare submersus est. Quo cognito rex graviter doluit: filiam suam, mortuo imperatore, de Alemannia revocavit, secumque manere fecit. Mortua vero regina uxore sua, accepit sibi aliam, filiam scilicet G[odefridi] ducis Lotharingiæ, Athelizam; de qua si nullum regni hæredem acciperet, filiam suam Mathildem post se hæreditario jure in regnum succedere concessit; id totius Angliæ primatibus apud Londoniam jurejurando confirmantibus. Interea orta inter regem et comitem Andegaviæ sicut sæpe dissensione, nolens rex pacis amator regnum suum diutius inquietari, filiam suam Gaufrido, filio Fulconis comitis, in uxorem dedit; quæ tribus annis sterilis permansit, quarto itaque anno concepit, peperitque filium nomine Henricum, postea regem Angliæ effectum. Comes autem Fulco, filio suo Gaufrido comitatu dimisso, Hierosolymam profectus est, ibique, prosperante sibi fortuna, in regem coronatus est. Rex itaque Henricus XXXVI°. regni sui anno obiit, sepultusque est in monasterio Radinges, quod ipse a fundamentis construxerat. Volente igitur G. comite cum uxore sua, quæ hæres erat, in regnum succedere, primores terræ, juramenti sui male recordantes, regem eum suscipere noluerunt, dicentes, 'Alienigena non regnabit super

DE REGNO CANTUARIORUM.

Reges Cantwariorum dominabantur proprie in Cantia, in quo sunt hi episcopatus: archiepiscopatus Cantwariæ et episcopatus Hrofensis.

DE REGNO WEST-SAXONUM.

Reges West-Saxonum dominabantur in Wiltescire et Berkescire, et Dorsetensi pagis; quibus est unus episcopus, cujus est modo sedes Salesburiæ; quondam erat vel Ramesburiæ vel Scireburnæ; et in Suth-Sexa, quæ aliquanto tempore habuit proprium regem, eratque sedes episcopalis ejus pagi antiquitus in Selesia, quæ est insula circumflua ponto, ut Beda narrat, ubi etiam

---

nos.' Initoque consilio, Stephano comiti, fratri Wintoniensis episcopi, nepoti regis Henrici, coronam regni imposuerunt. Comes itaque Andegaviæ, injuriam sibi allatam non leviter ferens, regem Stephanum inquietare valde cepit, et totam Normanniam illi abstulit. Henricus quippe filius ejus, jam ætatem adeptus, cum matre in Angliam venit, faventibusque sibi quamplurimis regni primoribus, eam sibi funditus calumniavit. Multotiens quoque mare transiens et iterum Angliam veniens, parato robusto exercitu, cum rege id nec minus volente grave bellum inire disposuit; firmatisque diversis in locis contra se repagulis et sera munitionibus, maxime tamen apud castellum Wallingeford, quisque quæ alterius erant diripiendo vehementer Angliam afflixit. Neque enim tunc temporis profuit episcopo mitra, vel abbati cuculla, quin ab eo auferretur, si non ab eo quod exigebatur ad primam interrogationem porrigeret. Si cui vero colono grana quæ in terram spargeret remansissent, ante tempus falcis ad usum equorum potius quam ad hominum hostiliter distrahebantur; tantoque quislibet in carcere durius torquebatur, quanto plus quid daret ne torqueretur habebat: ille etiam longe gloriosior inter cæteros eminebat, qui plures perimendo inglorios reddere prævalebat. Discurrentibus tandem inter utrumque consiliariis, rex suos exhæredans, Henricum post se regem juravit: post concordiam vero factam non pleno anno evoluto, XIX°. regni sui anno, rex Stephanus finem vitæ fecit. Quo audito, Henricus, tunc dux Normanniæ et Aquitaniæ, et comes Andegaviæ, pater enim suus jam obierat, cum fratribus suis et uxore Alienorda, quæ prius Ludowici regis Franciæ sponsa, ab eo, quia parentes erant, fuerat dissociata, sed et Rotomagensi archiepiscopo, pluribusque Franciæ nobilibus, tam ordinatis quam laicis, in Angliam venit; ibique coronam regni, sicut ei juratum fuerat, adeptus est. *L. add.*

beatus Wilfridus monasterium construxit; nunc habitat episcopus ad Cicestriam; et in pagis Suthamtunensi et Suthreiensi, quibus est episcopus unus, qui habet sedem Wintoniæ; et in pago Sumersetensi, qui habebat olim apud Welles episcopum, qui nunc Bathoniæ est; et in Domnania, quæ Devenescire dicitur; et in Cornubia, quæ nunc Cornugallia dicitur; erantque tunc duo episcopatus, unus in Cridetuna, et alter apud Sanctum Germanum: nunc unus, et est sedes ejus Exoniæ.

DE REGNO MERCIORUM.

Porro reges Merciorum dominabantur in pagis his: Glocestrensi, Wigorniensi, Warwicensi, in his est episcopus unus, cujus sedes est Wigorniæ; et in Cestrensi et in Derbiensi et Staffordensi, in his est episcopus unus, et habet partem Warwicensis et Scrobesburiensis pagi, et sedes ejus apud Civitatem Legionum, vel Coventriam, quondam erat Licetfeld; et in Herefordensi, habetque episcopus dimidium pagum Scrobesburiæ, et partem Warewicensis et Glocestrensis, possidens sedem in Herefordia; et in Oxenfordia, Buckingensi, Hertfordensi, Huntendunensi, dimidia Bedefordensi, Northamtunensi, Legecestrensi, Lincolniensi; quos regit episcopus, qui modo habet sedem Lincolniæ, quondam habebat apud Dorcacestriam; et in Legecestrensi et Snotingensi, quorum Christianitas ad archiepiscopum Eboracensem spectat; habebaturque ibi olim proprius episcopus, cujus sedes fuit apud Legecestriam.

DE REGNO ORIENTALIUM ANGLORUM.

Reges Orientalium Anglorum dominabantur in pago Grantebrigensi; et est ibi episcopus,

cujus sedes est apud Heli; et in Northfolcia et Suthfolcia; et est ibi episcopus, cujus sedes est apud Norwic, quondam erat apud Helmam, vel Theodfordiam.

DE REGNO ORIENTALIUM SAXONUM.

Reges Orientalium Saxonum dominabantur in East-Saxia, et dimidio Hertfordensi pago; habebaturque et habetur episcopus Lundoniæ.

DE REGNO NORTHANHYMBRORUM.

Reges Northanhymbrorum dominabantur in omni regione quæ est ultra Humbram fluvium, usque ad Scottiam; erantque ibi archiepiscopus Eboracensis, episcopus Hagustaldensis et Hripensis, Lindisfarnensis, de Candida Casa; at Hagustaldensis et Hripensis defecerunt, Lindisfarnensis vero translatus est in Dunelmum.

Hæ erant partitiones regnorum, quamvis reges, pro vicissitudine temporum, modo hi modo illi terminos prætergrederentur pro fortitudine, vel pro ignavia amitterent.

DE ARCHIEPISCOPIS CANTWARIENSIBUS ET EBORACENSIBUS.

Habebat autem ex antiquo Cantwariensis archiepiscopus hos episcopos: Lundoniensem, Wintoniensem, Hrofensem, Scireburnensem, Wigorniensem, Herefordensem, Licetfeldensem, Selesiensem, Legacestrensem, Helmamensem, Sidnacestrensem, Dommocensem: additi sunt tempore regis Edwardi Senioris, Cornubiensis, Cridiensis, Wellensis, in West-Saxonia; et in Merciis, Dorcestrensis. Eboracensis autem archiepiscopus habebat omnes trans Humbram episcopos suæ ditioni subjectos: Hripensem, Hagustaldensem, Lindisfarnensem, illum de Candida Casa, qui nunc Witerne dicitur, et omnes epi-

scopos Scottiæ et Orcadum; sicut Cantwariensis habet episcopos Hiberniæ et Walanorum. Perierunt jamdudum episcopatus Hripensis et Hagustaldensis, vi hostilitatis; et Legacestrensis et Sidnacestrensis, et Dommocensis, nescio quomodo. Porro autem, tempore regis Eadwardi Simplicis, Cornubiensis et Cridiensis uniti sunt; qui episcopatus translatus est in Exoniam. Sub rege Willelmo Bastardo pronuntiatum est in concilio, ut episcopi, transeuntes de villis, constituerent sedes suas in urbibus diœcesium suarum. Licetfeldensis ergo migravit in Cestriam, quæ olim Civitas Legionum dicebatur; Selesiensis in Cicestriam, Helmamensis in Thedford primo, postea in Norwicum; Sciireburnensis in Salesberiam, Dorcacestrensis in Lincolniam; nam Lindisfarnensis pridem veteri tempore transierat in Dunelmum; et nuper Wellensis in Bathoniam.

DE SEDIBUS EPISCOPORUM IN CONCILIO.

CANTWARIÆ archiepiscopus consilio præsidens, habeat a dextro latere archiepiscopum Eboracensem, et juxta eum episcopum Wintoniæ, a sinistro autem Lundoniensem. Quod si contigerit ut Cantwariensis primas defuerit, Eboracensis archiepiscopus consilio præsidens, habeat a dextra parte Lundoniensem episcopum, a sinistra Wintoniensem. Cæteri secundum tempora ordinationum sedilia sua agnoscant.

EXPLICIT LIBER DE REGALI PROSAPIA ANGLORUM.

London: Printed by S. BENTLEY & Co., Bangor House, Shoe Lane.